


4
9-G
14

6
40 M
1

CAlpurnii ⁊ NEmesiani Poetarum Bucolicum carmen Una cum Commentariis Diomedis Guidalotti Bononiensis.



IOANNES BAPTISTA PIVS. BACCHVS ET Ceres Iouem Adeunt Rogantes Pacem Et Pastoralem: Florente Vt Prius Terra: Quietem.

Dum quatit ausoniam mauors: dum uexat crimnis
Cornipedisq; ruit italis ora pede.
Alma ceres Almusq; Iouem dionisus adire
Non timuit: donis anxius usq; suis
Me nouus: ipsa ceres: phaethon: noua fata minatur
Clamat: & aetherio nata tonante feror!
Hinc rogat & precibus gemitum semelius euan
Confundit calui secla neronis amans:
Et dextram lycourge tuam. sic undiq; turbant
Barbaricae bromii uitea culta manus
Risit: & arrisu totum permulsit olympum
Iuppiter & laeto numine spondet opem.
Arua ruit miles: pecuaria dissicit: instat
Pastorum dirimens ocia martis amor
Promitto uobis saturnia secula. cycnus
Aurea pierio surget in astra sono:
Qui sacra calpurni uestigia semper adorans
Pastores suaui ducet ad arua lyra:
Ismara quos iuuet: & magnum uestire falernum
Vitibus: & cereri spicea serta dare.
Dixit & egresus musae praedulcis alumnus:
Qui diomedaeo pectore nomen habet:
Nectareamq; lyram tetigit. comitantur appollo
Pan capripes: spicis tempora cincta ceres.

LODOVICVS GHISILARDVS DIOMEDI: S.D.

h Ominem te durum uel crudelem an potius inuidum: q pulcherrimū opus & exactissimū tā diu tenes & intra claustra coherces. Queusq; nebis inuidebis & blattis indulgebis! si ne p ora uirū feratur & iisdem: quibꝰ lingua romana spaciis puagetur maximā tibi laudē paratū iri nō ābigo & a mortalitate datuꝝ uidicias. dices ut soles - si palā proferetur multos fore: q uitilitigent qđ si hoc idē ueteres factitassent - nos nepotes tāq̄ ranae scriphiae muti essemus. At illi posteroꝝ utilitati cōsulere maluerūt - q̄ subducti supcilii uitupero nū garrulitatē subterfugere: quā his uerbis uarro repcussit. coꝝ ego oēs sino praeterfluere qa uerae laudis exptes sunt - & tu ergo securus incūbe rēis - da uela uētis & cū epigrāmatario sic Rūpatī qsqs rūpitī iuidia. Vale.

INclyto Principi ALexandro BEntiuolo ILlustrissimi IOānis BEntiuoli Secundi Filio Diomedes Guidalottus Bononiensis cliens.

q

Vod ego imprimis optaui optandūq; duxi Colende domine nostris euenire uotis/ ut in aliqua parte mortalibus subuenire possem/eo nunc temporis (si uoti sim compos) accidisse gaudeo quo strepitu armorum clangore tubarum deiectione imperii tota concutitur italia. Tum q molibꝰ molestiarum & turbulentissimarum tempestatum dum hec studiis litteratum tempus impertiti sumus impolui: Tum q hæc ea in lucem damus ætate qua tinniētes ex quottidiana rerum inouatione a continuo quo obsurduerant aures fuerant fragore releuandæ: Etenim iudicaui ut quorum animus simplici præditus candore tenuioribus his nostræ fructibus applicaretur arbusculæ & si parum inde utilitatis reportaretur (quod ab animo nostro peritus remotum uolui) fors ut saltem cognosceret nō nobis nos tantū q alius proficere uoluisse euidentissimo etiam signo pro aliena ingenio elaborante palma: q ut me tibi totum explicē ex illo tempore quo auus me meus Antōius Cattaneus ad studia litterarum ueluti detrectantem applicuit impensius hac mihi in harena desudandum censui ut aliquid exiguis pro uiribus quāq nisi tyronibus prodessem/quo/& ipsum suæ erga me pietatis non pœniteret & eius in me merita hoc exaggerata cumulo q ānimum excolerē non prætermiserit/in quantum possem frustrata non essent: Videbam non paucos omni adulescentes nixu partim ad leges partim ad philosophiam ad dialecticen alios ingenue contendere quorum me exemplo castigabam desidiæq; arguebam Ignauiū non excitari segniq; torpere ueterno: his aculeis nebulam (ut sentio) abstersi arctioremq; somnum qui me complexus fuerat aliquantisper euasi: cuius indiciū rei cōmentariola nostra quæ nuper in Calpurniū rudia ueluti exciderūt futura censui/qq & qplurimos admiraturos sciam a siluis nos & carmine auspicari pastorio dicturosq; Quid mihi cum Calpurnio! Extabāt alia difficilioraq; & interpretatione indigentia cum quibus & asciscendæ laudis gratia & mortalibus proficiendi decore magis elaborandum fuerat: Atqui institutū potius hoc fuit animi ut per uestigia præ

Antonius Cattaneus



clarisimorum semper/antiquissimorumq; petissime ingrederer: Sue curreba & ipsum poetarum achillem non arma subito. Sed siluas aggressum. ut qui tenui exordio ad maximum celebratis culmen euadere uoluerit. Sed nec quisq est illustrium (ut inquit ille) poetarum. qui non aliquid operibus suis stilo remissiore praeluserit. quod fuit in causa. ut nos quoq; humiliori principio mox fortasse grandiora praeueniremus: Insuper menti obuersabatur primam aetatem illam uetustissimorum pastoriam fuisse. & quemq; de antiquissimis. nobilissimisq; d gisse pastorem. ut si inde humana unde uita primordium habuit auspicaremur/non indecens fore arbitrarer: haec fuit ad buccolicum carmen ordiendum impulsio. Et quoniam imprimis Calpurnii lectione (post Virgilium quidem) non tam oblectabamur q̃ tenebamur. In re nostra. adulescentulorumq; rudium iudicauimus haec qualiacumq; sint anno uigesimo secundo nostrae aetatis elucubrata in uulgus emittere: quae obseruantiae erga te indicium nostrae. & fidi pignus amoris tibi consecrauimus: ut pote cui omnia obnoxia mea mecum ab ineunte aetate uoluerim. nullum enim me scias ab te uestigium abscessurum meaq; praecipue (Si modo ulla erunt) tropaea. tibi esse constituta: hoc me tui praeclara in musicis uirtus. ingenium uersatile. animi robur. cādor ingenuus/ornamentum sine despectu dignitatis. & decor. & mores tibi debere uoluerunt: haec eadem te adeo uniuerso bononiensium coetui cōmendauere. ut omnium/in te conuertas oculos praeoccurrentiū. & ut dicitur de solari herba tecum circumflectas: Macte fortuua esto. diiq; tibi cuncta uniuersaeq; domui Bentiuoleae qua iam coeperunt aura secundent: ut si quando: quae tuo ductu commentariola edimus. in detrectatores inciderint. te patrono aduersarios oblocutoresq; ammoliantur. qui tuo summoti clypeo in sua miseros conuertant morsus uiscera. discantq; tandem capellas errare nostras non sine custode uigilantissimo. VAle.

Eiusdem Diomedis Elegiacum Carmen

u Ernum tempus erat cum nox euanida miscet
Et tenebras luci cum Tenebrisq; diem
Sydera uenturis caelo dispersa sereno
Praebebant cursus abdita syderibus
Et croceus duris spumabat forte lupatis
Aethon quem frenat diua pudoricolor
Morphea tum uarias (ut fama est) mille figuras
Ludere & incessus. plurima uera loqui
Sensimus irriguo perfundere lumina somno:
Nam me sic campos traxit ad elisyos
Omnia tum bibulis quae haerebant dicta priorum
Auribus: intento lumina nostra dabant
Et dulces cantus: uariantia prata choreis
Et plausus tenues percutiente pede
Florida silua uiget per laetos myrthea campos
Purpuream uestit non paliurus humum
Sed uiolae lasso pullantq; papauera collo
Narcissus casiae lilia Tymbra rosae
Dulcia tinnitus fundunt examina circum
Nec minus interea garrula cantat auis
Hic genus antiquum bacchi lectissima proles
Carmina Threiciae personat apta lyrae
Hic semper uiridi cum laude insignis homoerus
Cuius ad exemplar graecia tota canit
Hic sua perpetuo qui carmina digna cothurno
Soluit cum terris obtulit arma uirum
Ponticus & battus numerosus horatius odis
Et iunctus Naso docte Catulle tibi
Proximus his aderas Blando pater ore Properti
Et quos non modicus sit numerare labor:
Ast alii proceres qui phoebo digna locuti
Circunstant: uittis excoluere caput
Quisq; pium uatem nouit dum carmina cantat
Interpres fidus subsequiturq; suum
Vendicat andini hunc sublimis musa Maronis — Seruius
Hunc qui fraternos struxit in arma rogos — Lactantius
Nec te soliuagum passus peragrare Terenti — Donatus
Exposuit uafrum qui tua scripta getam

Domitius | At sacer innumeros domiti lustrare solebas
Philippus.B. | Cui dederat iuueni plurima palma decus
Ioannes Baptista.P. | Aureus absentem tantum quaerebat asellus
Et qui romanos luserat arte sales
Hos simul aspiciens diuino afflatus honore
Optaui meritis talia dona meis.
Et quoniam praesens aderam. sic intimus arsi
Affari ut possem numina sic propius
Si placet & fas sit mortalem poscere tantum
Irrita non ueniant nunc mea uota precor
Scilicet huic turbae postremum iungere curet
Me quis: si sua quis scripta notanda putat
Despectus fueram: sensi: deductaque ad aures
Vox ignota quidem est non mihi uana tamen
Quod cupis O teneris non sic concedimus annis
Est nimis haec humero sarcina magna tuo
Id fortasse dabit paulo mox fortior aetas:
Firmanda est stabili nunc tua cymba pice:
His tristis gressus flexi per opaca uiarum
Obuius ostendit nam locus ipse uiam
Nec mora flectentem non mea spernabilis umbra
Detinuit tunicis: arripuitque manum
Et bene quod tentas nobis iam perfice dixit
Non tu mi cura destituendus eris
Iam pridem siluas cecini: non ultimus inter
Sicelidas musas: castalidumque decus
Quod me ne fugias: quis sit Calpurnius illos
Qui te despiciunt numina sancta roga
Dixit & interea porrexerat usque libellos
Susciperem: somno diffugiente leui.
Omnia cum somno prostrauit lucifer albus
Non frustra at libros strinxerat ipsa manus
Obstupui: & dixi non haec sine numine diuum
Eueniunt: casus scribere sic monuit
Dii faciant possim talis modo gentibus ire
Sint frugi ut cunctis somnia nostra bonis

F I N I S

DE BVCCOLICO CARMINE:

c Alpurnũ poetæ expofituri buccolicũ carmen operę preciũ facturi uidebimur fi quædã ueluti prælufioria de buccolico carmĩe dixerius.& quoniã primordia femp auide re℞ pqui rer̃ folemus buccolici carmis originẽ ordiemur quæ cũ uaria fit recefẽ dũ ẽ qd ab ãtiquisfimis quibꝰq; fup hac re explicatũ fuerit.originẽ buc colici carmis (ut fcribit donarus)fur q a lacedemõiis paftoribꝰ emanaf fe dicãt:a quibꝰ dianæ primũ carmẽ hoc redditũ affirmãt:cũ eidẽ deæ ꝑpter bellũ qđ tori græciæ illo tẽpore pſæ inferebãt exhiberi p uirgines de more facra ñ posfẽt.Alii ab orefte circa ficiliã uago id genus carmi/nis dianæ redditũ loquũtur p ipfũ & paftores quo tepore de fcythia cũ pilade fugerat fubrepto numinis fimulacro & lato i fafce ligno℞ uñ fa fcelidẽ dianã phibẽt nũcupatã apud cuius aras oreftes p facerdotẽ eius/dẽ nũinis iphigẽiã fororẽ fuã a pricidio fuerat expiatꝰ.Alii apollini no mio paftorali.s.deo q̃ tẽpeftate admeri pauerat boues.alii libero nym pharũ.f.& fatyrorũ & id genꝰ numinũ principi.Alii mercurio daph-nidis patri paftorũ oĩm principi/Alii in honore panos fcribi putãt pe-culiarẽ paftoralis dei/tẽ fileni/filuani atq; faunorũ.illud tam ꝓbatif-fimũ eft ex donati fententia buccolicũ carmen originẽ ducere a prifcis tẽporibꝰ quibꝰ uita paftoralis exercita erat:Buccolica aũt(ut docet dio medes)dicũr̃ poemata carmĩe paftorali cõpofita a quo & talis buccoli-ci carmis narrar̃ origo:fcribit.n.opinionẽ ẽe circũ pagos & oppida foli tos fuisfe paftores cõpofito carmine præcari pecorũ & frugũ oĩum ꝓuẽ tũ atq; iñ i hunc diẽ manere nomẽ & ritũ buccolicorum Dicta uero buc-colica funt:ut docet feruius:a cuftodia bouũ ideft ἀπὸ τῶν βουκόλων qm̃ præcipua apud rufticos aĩalia funt boues.Nã cũ tria fint paftorũ gñra auth.dõato quæ dignitarẽ i buc.habẽt quorũ qui minimi funt αἰ/πόλοι dicũtur a græc.iidẽ a nobis caprarii paulo honoratiores qui ποίμενες.i.opiliões dicũtur honeftisfimi & maximi βουκόλοι quos bubul cos dicimus uñ magis decuit paftorali carmini nomẽ ipõi q̃ ab eo gra-du qui apud paftores excelẽtisfimus iuenitur:hoc metri genus ut fcri-bit diomedes:fũt qui primũ daphnĩ cõpofuisfe dicãt/i quo floruit theo critus i fuo gñre admirabilis:ut iquit quĩtilianꝰ quẽ imitatus ẽ Virgi lius:uñ cecinit prĩa fyracufio dignata ẽ luder̃ uerfu:uirgilium aũt poe ta nr̃ fecutus ẽ/ut pluribꝰ i locis demõftrabimꝰ:apud latinos excelen tiorẽ.Nõ prætereundũ buccolicũ carmẽ ẽe tenue & ufq; adeo ab heroi co diftare ut uerfus quoq; huiꝰ carminis fuas quafdã cæfuras habeãt & fuis diftinguãtur legibꝰ nã cũ tribꝰ ꝓbetur metrũ cæfura fcãfione mo dificatiõe nõ erit.buccolicus uerfus/ut iqt dõatꝰ:nifi i quo & pes prius

partem orationis absoluerit & tertius trocheus fuerit etiam cesura et quartus pes Dactilus magis q̄ spondeus partem orationis termi nauerit quintus & sextus pes ex integris dictionibus fuerit quod a Theocrito seruatum testatur ipse a Virgilio minus: His explicatis intentionem poetae uideamus: Intentio poetae est ut principem lau/ det Augustum quem in prima quarta & ultima praecipue celebra/ uit aegloga cuius rei diligentiam explicando in quantum potero enitar recensere Bonum modo Boni consulant.

DE VITA CALPVRNII.

d E poetae uita nulla certa proferri possunt aliqua tamen ex coniectura magis q̄ q̄ authorem habeant certum ex ipsius scriptis Indicabimus. siculus fuit ut ex titulo ope ris est iudicare hoc est ex insula sicilia in confinio italiae posita ex qua & theocritus Syracusius unde apud Virgilium Sicelides mu sae quare ad imitationem Theocriti fortasse Buccolica scripsit latine sicut illae graece scripserat in quo genere dicendi quantum potu erit uel doctiores iudicare possunt mihi quidem & ipsum dicendi genus superare uisus est: Modicis fuit parentibus nec minus facul tatibus ūde ipse de se dixit aegloga ultima nudaq; pauptas & adun co fibula morsu obsuerant Apud Nemesianum alterq; & Moece natem fauorabilis ad modum ut per ipsum mendicitatem sese ex uisse testetur cum inquit aegloga Quarta Certe ne fraga rubosq; colligerem uiridiq; famem solarer hibisco tu facis & tua nos alit in dulgentia farre: fratrem habuit minorem natu quem ad musas se cum attraxit qui sub amyntae persona aegloga predicta alterne ca nens cum ipso inducitur poeta unde dixit haec eadem nobis medita tus frater amynthas quē uicina meis natalib9 admouet aetas Sed cum multi ambigant Calpnrnius an Calphurnius legendum sit & scribendum assero ex authoritate Pompeii Calpurnium scribi debere sine aflatu eius enim sunt uerba Calpurnii a Calpo Numae regis filio sunt oriundi ex quo apparet aspirationem addi non de bere & haec sunt quae pauca de eius uita colligere potui.

F I N I S.

AEGLOGA PRIMA.

DIOMEDIS GVIDALOTTI BONONIENSIs COMMENTARIA IN CALPVRNII SICVLI BVCOLICVM CARMEN AD NEMESIANVM CARTHAGINENSEM.

TITI CALPVRNI SICVLI BVCOLICVM carmen ad Nemesianum Carthaginensem Incipit.

Ornitus & Corydon Interlocutores Aeglo. I.

Or. n ONDVM Solis equos decliuis mitigat Aestas
Quamuis & madidis incumbant praela racemis
Et spument rauco feruentia musta susurro.
Co. Cernis ut ecce pater q̃s tradidit Ornite uaccae
Molle sub hirsuta latus explicuere genesta?

n ONDVM SOlis equos. Inducuntur pastores duo uaccas i unũ compulisse & solis ardentis uitare calores: ex quibus unum sub psona ipsius auctoris debemus accipere: qui sub orniti persona Augustum celebrare gestiens, laudes eius a socio commonitus in corticee scriptas legere fingit: Mos enim pastorius est, ut amores/deliciasq; suas in corticibus arborum falce denotent seu aliquo instrumento ferreo uel testimonio paridis, de quo oenone apud Ouidiũ obiiciens illi quondam se gratissimam fuisse: Incilae seruãt a te mea nomina fagi Et legor o enone falce notata tua: Virgilius in gallo certum est me in siluis inter spelaea ferarum male pati tenerisq; meos incidere amores arboribo. Ornitus nomen fortasse ab ornis deductum: inter quas uitam rustici ducere consueuerunt: siue ab auiariis potius, ορνιΤωγεσ.n. graeci auiaria uocant: hoc est loca in quibus aues commorantur: ipsaq; auis ornis appellatur. uir. in secundo Georgicon, sanguineisq; inculta rubent auiaria baccis: ubi hec Seruius Auiaria secreta nemora quae aues frequentant: de ornithis hoc est auiariis, fit mẽtio a. M. Varrõe in secũdo de re rustica his uerbis: Nec putãt se habere uillã: Si nõ multis uocabulis retineant graecis, quin uocent particulatim loca procaeco nam, palestrã, apoditerion peristilon, ornithõa, peristereon oporotheceen: de his etiam Columella libro nono rei rusticae: in uilla est quod graeci appellant ornithones, peristereones, ichtiotrophia atq; etiam cum datur liquoris facultas ichtiotrophia sedula cura exercentur. Ea sunt omnia (ut latinae potius loquamur) Sicut auium cohortalium stabula nec minus earum quae conclauibus septae saginantur, uel aquatilium animalium receptacula: ornithia etiam (ut quidam annotauerunt) appellatur tempus quod est septuagesimo die post brumam, ab aduentu auium aduenientibus tunc hirundinibus ciconiis, coturnicibus, & ceteris aduenis: Sicut halcionii dies ab auibus halcioniis nomen traxere: ab auiariis etiam Auiarius nuncupatur: in cuius sunt cura auiaria: Columella Libro nono de re rustica, Idq; quo diligentius faciat ima pars ouorum notanda est atramento, quod signum habebit auiarius an a gallina conuersa sint: & alibi sic tamen ut illustria sint loca quo commodius habitet Auiarius Scribit Plutarchus i uita Thesei ioxum menalippi filium ornito Socium fuisse in cariam deducendae coloniae: celebratur etiam nomen hoc a Statio in. ix. The. his squallidus ecce genas & inani uulnere pallens ornitus. Corydon: ut scribit Ser, in alexi Virgiliano: fictum nomen a corydali auicula uidetur quoniam dulce canit: ad quod alludens Virgilius in Thyrsi cecinit, ex illo corydon corydon est tempore nobis: intelligens tunc uere nomen illi corydonis inditum fuisse ex argumento dulcitudinis: celebratur etiam a Theocrito in aegone his: sic tibi cõtingat corydon carissime quicquid exoptas, uoti! q; tu is sic Iuppiter adsit. Nondum solis equos: character est drammaticus, Nam cum tres

Mos pastorius.

Ornithones
Auiaria
Auis Ornis

Ornithia dies post Brumã

Halcionii dies
Auiarius.

Corydon
Corydalis Auis.
Locus Virgi.

sint dicendi characteres exagematicus/in quo tantum poeta loquitur/ut Virgilius in tribus libris Georgicorum: alius mixtus ubi & Poeta aliquando loquitur/& alios item loquentes inducit drammatico usus est Poeta/in quo nusquam ipse loquitur/Sed personæ introductæ totum actum perficiunt: Pastor ornitus/siue Armentarius: Sic enim armenti custos appellatur: cũ proprie pastor dicatur ouiũ: Sicut & Opilio ut apud. M. Varronẽ in secundo Rei rusticæ alius enim opilio & alius arator/Nec si possunt in agro pasci Armentarius non aliud ac bubulcus. Admiratur aduersus corydonem declinante & uergente iam æstate ad autumnum/ꝙ adeo inualescant solis radii/ut uix æstum ipsi sufferre queant: Decliuis æstas dicitur uergens ad autumnum qui Temperies est quædam inter Iuuenem & senem/ut cecinit Ouidius Libro decimo quinto meth. his. excipit autumnus posito feruore iuuentæ Maturus mitisque inter iuuenemque senemque temperie medius: sensus est/quamuis æstas/sit decliuis & prope finem non tamen feruor solaris nec calor immoderatus delenitur/ut ad autumnum uergere uideatur/immo torrentior est nec solitam præ se fert temperiem. Mitigat placat/permulcet/& frangit. Mitigare est enim leniorem reddere: Plinius libro. xii. nat. hist. arbores postea grandioribus fruge succis hominem mitigauere: Mitis placidus & benignus dicitur: & e contrario immitis crudelis/implacabilis/& immite edictum ab Ouidio austerum & inhumanum. Solis equos. Scribunt Poetæ curtui phœbeo adiunctos esse equos quattuor/quorum nomina legimus apud Ouidiũ in secundo meth. Interea uolucres pyrois eous & æthon solis equi/quartusque phlegon/hinnitibus auras flammiferis implent: pedibusque repagula pulsant: Claudianus uero in consulatum honori ethonem auroræ nuncium his uersibus esse scribit: Quin etiam uelox auroræ nuncius æthon qui fugat hinnitu stellas: roseoque domatur lucifero/quoties equitem te cernit ab astris inuidet: inque tuis mauult spumare lupatis: ꝙ cum in tertio Tristium legas hos utinam nitidi solis prænuncius ortus afferat admisso lucifer albus equo. intelligas ethona prænuncium auroræ/de quo diximus: Sol ut scribit Fulgentius in primo mythologicon. & Macrobius in primo Saturnalium dicitur aut ex eo ꝙ solus sit/aut ꝙ solite per dies surgat/& occidat/cui quadrigam ob illam causam ascribũt/ꝙ aut quadripartitis temporum uarietatibus anni circulum peragat/aut ꝙ quadrifido limite diei metiatur spacium: equis tamen ipse solaribus diuersa ab Ouidio nomina assignat: quæ ibi commodius auens lector animaduertere poterit: hunc græci ουλιον απωλλωνα uocant. idest sanitatis auctorem/quem athenienses αλεξικακον. idest mala repellentem appellant: ut & obiter Macrobium emacules deprauatum in primo Saturnalium/ubi appellantem mala appollinem passim legitur cum repellentem legendum sit: existimauit zeno solem purissimum esse ignem: ac terræ mollem magnitudine sua uincere/empeclcoles ignis ingentẽ massã lũaque maiorem ut refert Diogenes: Solem autem oculum mundi/ac mundi mentem opinantur auctores/quo temperato morborum omnium fuga est: hinc ei attributam medendi fuisse potestatem existimauerunt: auctor Macrobius in primo Saturnalium: a Sole fit insolare uerbum/quod significat ad solem explicare/& solem recipere: & insolatio. Plinius de cæra: candidissima uero fit post insolationem etiamnum recocta a sole etiam nomen est solifugæ animali quoniam solem fugiat. Incumbant præla insistant. Incumbere. est alicui rei totis uiribus insistere. Vir. ualidisque incumbite remis: Sed dicimus hominem proprie & significanter incumbere studiis/& litteris: Cicero in primo de oratore/Quamobrem pergite ut facitis adulescentes/atque in studium in quo estis incumbite: ut & uobis honori & reipublice emolumento esse possitis.

Nos quoq; uicinis cur nõ succedimꝰ umbris?
Torrida cur solo defendimus ora galero?
Hoc potius frater corydõ nemus. ista petamꝰ Or.
Antra patris fauni: gracilis ubi pinea densat

Tres characteres
Exagematicus.
Mixtus
Drammaticus.
Pastor.
Opilio
Armentariꝰ
Autumnus temperatus
Mitigare
Mitis
Immitis.
Immite edictum
Nomia equorum solis.
Ethon prenũcius aurore.
Locus ouidii.
Sol unde.
Quare quadriga soli ascribatur.
Vlios apollo.
Alexicacnos apollo.
Macrobii codex emaculatus.
Solem ignis massam.
Sol oculꝰ mũdi.
Temperatus sol fuga morborum.
Quare potestas medẽdi attribuat soli.
Insolare.
Insolatio.
Solifuga.
Incumbere.
Incũbere studiis.

AEGLOGA PRIMA.

Præla uasa dicuntur unde uuæ premi consueuerunt: ut auctor est acron, in explanatione carminis horatiani libro primo, cecubum & prælo domitam caleno tu bibes uuam. Virgilius in secundo Georgicon. tu spisso uimine quallos collaque prælorum fumosis diripe tectis: ibi hec Seruius: Præla trabes sunt quibus uua iam calcata premitur, de prælis fit mentio ab epigrammatario in primo. non hæc peli/gnis agitur uindemia prælis uua nec in tuscis nascitur i/sta iugis: Plinius in.xiii. de chartis loquens trāsuersa po/stea crates peragitur, premū/tur deinde prælis & siccātur sole. M. Varro libro primo rei rusticæ prælum longum uigintiquinqꝫ pedes fieri do/cet: ad hoc opus Torcularia etiam adhibebantur, quæ & in usu apud nos remanserunt, de his fit mentio a Plinio libro.xviii.nat.hist.intra.xxii.hos annos inuentum paruis prælis & minori Torculari/ædificio breuiore, & malo in medio decreto Tympana imposita uinaceis Superne toto pondere urgere & super præla construere cōgeriem.

Silua comas: rapidoqꝫ caput leuat obuia soli
Bullantes ubi fagus aquas radice sub ipsa

Racemis madidis. uuis iam disruptis & in mustum redactis. Racemus. dicitur ea pars uitis unde uuæ depen/dent: Virgilius in daphnim Siluestris raris sparsit labrusca racemis. Pli. libro.xv. naturalis historiæ dependent alia pediculis, ut pyra, alia racemis ut uuæ, palmæ, alia pediculis & racemis, ut hederæ, Sambuci: Seruius super eo loco Virgiliano in secundo Georg. & turpis auibus prædam fert uua racemos: ait racemum esse botrionis partem: cum βοτρυσ a græcis, Racemus a nostris dicatur: diuus cyprianus ad magnū scribens quā do dominus sanguinem suum uinum apellat de Botris, atque accinis plurimis expressum, atque in unum coactum: gregem item nostrum significat comixtionem adunatæ multitudinis copulatum: Virgilius tumidis bumaste racemis. Et spument rauco spumare dicuntur musta & feruere hoc est bullire cum post uindemiam statim in uase in termixta racemis reponuntur. Plinius libro.xiiii.nat.hist. Ratio autem condiendi musta in primo feruore, qui nouem diebus cum plurimum, peragitur, aspersu picis ut odor uino contingat, & saporis quedam acumina, uehementius id fieri arbitrantur crudo flore resinæ, excitarique lenitatem: e diuerso crapulam compesci & feritatem nimiam frangique uirus: Feruentia musta. feruore agitata: feruet enim res concita uel igne ali/quo subiecto uel flagris Plautus in amphytrione quem pol ego isthec ob dicta faciam feruentem flagris. & animus feruere dicitur ira commotus: persius satyra quinta Ergo ubi commota feruet plebecula bile fert animus calidæ fecisse Silentia turbæ maiestate manus: hinc feruor & februare deductum quidam existimant quod significat purgare & lustrare, quoniam hoc adolendo & flammis feruentibus fieri solebat, similiterqꝫ feruidus & feruenter aduerbium. fretumqꝫ inde dictum existimat uarro mare a similitu die feruē tis aquæ, quod in fræctum sæpe concurrat æstus, atqꝫ efferuescat. Rauco susurro so/no ex feruore emisso, raucum respondente: uidentur enim musta dum bulliunt, raucas quodamodo murmurationes emittere. Virgilius in tityro susurrum appellauit murmur quod ad prouocādum somnū præualet: Iuuenalis uero accusationes insimulationesqꝫ tacitas cum inquit Satyra quarta. pompeius tenui iugulos aperire susurro: Persius satyra tertia. haud cui uis promptum est murmurqꝫ humilesqꝫ susurros, Tollere de tēplis & aperto uiuere uoto: deprecationes hominum tacitas ac latenter extra labella emissas .s. intelligens: unde magicū susurramē ab apulcio intelligitur summissum & clam pronū tiatum quale magici ne a prophanis exaudiantur emittere solēt, eius sunt uerba in primo de asino aureo næ inquit istud mendacium tam uerum est, quam si qui uelit dicere

Torcularia.
Racemi.
Botris race/mus.
Animaduer/sus locus ser.
spumare
Feruere
Feruor
Februare
Feruidus
Feruenter
Fretum unde
susurrus
susurri accu sationes
Iuuenalis
Persius
susurramen magicum

magico susurramine amnes agiles reuerti / mare pigrum colligari / uentos inanimes expirare / solem inhiberi lunam despumari stellas euelli diem tolli / noctem teneri:

Paradigma

Ecce

Cernis ut ecce pater. Corydon exemplo armenti sub umbra cubantis commonet ac inuitat antra petere omitum est autem paradigma quo est exempli hortantis uel deterrentis enarratio ut notat Donatus. Ecce. demonstrantis est ut scribit idem Donatus: Virgi. in mœri / Ecce dionei processit cæsaris astrum: & in secundo Enei. Ecce autem gemini a tenedo tranquilla per alta: Sensus est: cur & nos non petimus umbras sicuti uaccæ quas tradidit pater. Sub genesta cubant: Explicuere. præteritum est primæ coniugationis: quæ cum in as ut scribit Priscianus in Octauo: addita ui Terminentur / excipiuntur hæc quæ in ui diuisas faciunt præteritum / subtracta as / ut domo domas domui / plico plicas plicui uel plicaui quod maxime ex compositis cognoscitur / nam cũ præpositione magis per ui diuisas cum nomine uero compositum per aui terminat præteritum perfectum / ut implico implicui / duplico uero duplicaui facit: est autem ex secunda forma præteriti perfecti primæ cõiugationis: quæ licentia ãtiquitatis uel consuetudinis a licentius uitat & in litteram definit ut Diomedes scribit. Explicuere

Præterítũ primæ coniugationis

expansere Martialis in xeniis Miraris quotiens gemantes explicat alas / & potes hũc sæuo tradere dure coquo: notat Gelius libro. xv. ueteres enunciasse expassum & passum a pando / non expansum / & pansum: cuius hæc sunt uerba: Ab eo ꝙ est pando passum ueteres dixerunt non pansum & cum præpositione expassum / non expansum / & passis manibus / & uelis passis dicimus / quod significat deductis atque distentis: Itaque Plautus in milite glorioso a littera in e mutata per compositi uocabuli morem dispessis dixit pro eo ꝙ est dispassis: alias explicare significat ostendere / & explanare. Marcus Tullius in uerrem / uitam alterius totam explicate & in Tertio officiorũ explica atque excute intelligentiam tuam / ut uideas quæ sit in eas species firma notio uiri boni: ubi explicare trutinari examinare & perpendere potius significare uidetur ꝗ quod ait Nonius Marcellus exercere: Iudicent tamen doctiores / non enim quod nobis uidetur cæteris omnibus probandum erit. Genesta: arbor quam tingendis uestibus aptam nascere scribit Plinius libro. xvi. nat. hist. sponte sua ueniũt ut cecinit Maro libro secundo Georgicon. campos que & flumina late curua tenent ut molle Siler. lentæq; genistæ: Inuenio apud Columellam Libro Quinto rei rust. genistam perarida postulare loca: Seri autem semine / quod cum est natum / uel de fertur uiuiradix / uel relicta / cum id tempus excessit / omnibus annis more segetis / iuxta terram demeti potest: cuius cum sit firmum tum etiam lentissimum est uinculum: unde lentæ genistæ appellantur a Theocrito illo uersu in Bucholico ludicro hic sedes apium frutices lentæque genistæ: quas humiles nuncupauit Maro in secundo Georgicon. propterea quod non multum excrescunt: Serendi tempus circa Calendas Martias salici & genistæ esse scribit Plinius: eamque in siccis locis semine seri oportere. Hirsuta aspera & foliis rigentibus / sic Virgilius de Castaneis /

Passum & expassum

Díspessis manibus explicare

Animaduersus Marcelli locus

Ciceronis locus explicatꝰ

Genesta

Genesta adtingendas uestes

Lentæ genistæ

Humiles genistæ

Tp̃s serendi genestam

Hirsutus seuerus.

❡ Stant & Iuniperi & castaneæ hirsutæ:

Et in damone appellauit hirsutum supercilium asperum / ac rigidum: hirsutus aliquando pro seuero accipitur: Ouidius in secundo Tristium.

❡ Sumpserit annales nihil est hirsutius illis /

❡ Facta sit unde parens ilia nempe leget:

Et in primo de arte amandi hirsutas comas arborum dixit duras / & rigentes / cum cecinit in gradibus sedit populus de cespite factis / q̃libet hirsutas frõde tegente comas: Ita quoq; cecinit in Tertio Fastorum.

❡ Corda micant regis totoq; e corpore sanguis

❡ Fugit & hirsutæ diriguere comæ:

Iuuenalis uero hispida membra hirsuta & dura appellauit Satyra Secũda his uersibꝰ

❡ Hispida membra quidem: & duræ per brachia setæ

❡ Promittunt atrocem animum: sed podice læui

❡ Cæduntur tumidæ medico ridente mariscæ:

Vmbris. umbram απο του ομβρου hoc est hymbre quidam appellari putant/ propterea q omnis umbra humiditatem habet:ab umbra umbrosus locus appellatur umbris refertus & umbratilis uita ociosa & plena desidiæ/Et umbraticus homo uilis & abiectus:Plautus in Curculione quid refert me fecisse regibus ut mihi obedirent/ si hic me hodie umbraticus deriserit:Et umbracula dicta sunt uelamina/quibus ingentes ca/lores amouere consueuit ue/tustas:Claudianus in consu/latum honorii. Neu Pluuiis

Vmbra unde
Vmbrosus
Vmbratilis uita
Vmbraticus
Vmbracula

Protegit & ramis errātibus implicat umbras

cedas neu defensura calores Aurea summoueāt rapidos umbracula soles: Ouidius in secundo fastorum Aurea pellebant tepidos umbracu/la soles:de his meminit & Ti/bullus in Secundo Aut e ueste sua tendent umbracula sertis iuncta:coronatus stabit & ipsæ calix:umbracula tamen umbras Siluarum seu arborum appellauit Virgilius cum cecinit in hortulo/opaca præbent arbores umbracula:Macrobius in sexto Saturnalium super illo Virgiliano / hic candida populus antro imminet & lentæ texunt umbracula uites hec reliquit:sunt qui extiment hoc uerbum umbracula. Virgilio auctore com/positum/cum Varro rerum diuinarum libro decimo dixerit nonnullis magistratibus in oppido id genus umbraculi concessum:& Cicero in Quinto de legibus : uis ne igitur quoniam sol paululum a meridie iam deuexus uidetur neque dum satis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur descendatur ad lirim / eamque quæ restant in illis alnorum umbraculis persequamur:

A Marone ñ compositum hoc uerbum umbracula

Torrida cur solo. Sensus est:cur solo pileo de/fendimus ora a solis feruore cum uicinæ umbræ nos melius tueri possint. Torridum appellamus exustum/& ualde exsiccatum: Virgilius & torrere parant flammis/ Et tor/ris fax dicitur:unde & uerbum Torridare quod comburere significat:Actius in mele/agro eum suæ uitæ finem ac fati internectionem fore meleagro / ubi Torris esset inter/fectus flammeus: Ouidius libro Octauo Methamorphoseon dextraque auersa tre/menti Funereum torrem medios coniecit in ignes:Fulgentius ita torridos obtutus solis appellauit his uerbis in primo Mythologicon : Diuertor arborei beneficium umbraculi præsumens/quo me erranti foliorum in textu phœbi a Torridis defensa/ret obtutibus.

Torridus.
Torris.
Torridare

Galero. Galerum appellamus Tegumentum capitis / ad æstus euitandos & imbres: Virgilius fuluosque lupi de pelle galeros : Statius in primo Thebaidos obnubitque comas / & temperat astra galero: Suetonius in Nerone/post crepusculum statim arrepto pileo / uel galero popinas Inibat : hinc galeritus dicitur galero ornatus/ & galerita auis a similitudine galeæ quondam uocabatur / quæ postea uocabulo gallico Alauda nuncupari cœpta est : & qui galeis utebantur Alaudæ nũ/cupati. Cicero in prima Philippica /Addo etiam iudices manipulares ex legione A/laudarum/Suetonius in dictatore unam etiam ex transalpinis conscriptam uocabu/lo quoque gallico Alauda enim appellabatur / quam disciplina cultuque Romano institutam & ornatam postea uniuersam ciuitate donauit. Plinius libro undeci/mo Naturalis historiæ. Atque ab illo galerita appellata quondam / postea uocabu/lo gallico etiam legioni nomen dederat : ubi ab illo .s. galero nuncupatam galeri/tam intelligi uoluit Plinius non a parco siue para ut quidam existimauerunt : hinc coniecerunt aliqui hanc esse corydalim illam / de qua superius propterea quod apud græcos κορυς galea dicitur : Martialis in apophoretis donat causiam contra calo/rem : quamuis in omnibus ferme codicibus lemma inscriptum sit / non causia / Sed Gausapa, fedissimo errore : In Pompeiano Tectus spectabo Theatro nam uentus populo uela negare solet : pileus uero Similiter Tegumentum capitis/apud Roma/nos insigne fuit libertatis nam dictum est a Plauto in Amphytrione quod ille faciat

Galerus
Galeritus.
Galerita A/uis
Alauda
Alaudæ.
Locus Plinii declaratus
corydalis uñ quæ sit auis corydalis
correctꝰ mar/tialis locus
Pileꝰ insigne libertatis

Iuppiter ut ego hodie raso capite caluus capiam pileum: cuius rei causa disertissime
IOANnes BAPTista PIVs refertur a columine aetatis nostrae IOAnne BAPtista Pio praeceptore nostro / de quo merito illud dici / potest quod a Claudiano de Theodoro scribitur.

¶ Quicquid socratico manauit ab ordine: quicquid
¶ Docta cleanteae sonuerunt atria Turbae
¶ Inuentum quodcumq; tuo chrysippe recessu
¶ Quicquid Democritus risit: Dixitq; tacendo
¶ Pythagoras: uno se pectore cuncta uetustas
¶ Condidit: & maior collectis uiribus exit

Quem ob hoc parcius laudo quoniam uehementius diligo / Tum quia solis irradiatio nullae stat indiga lucis: Nemus. dictum ab hoc uerbo νεμω hoc est pasco

Nemus und quoniam in his greges & caetera animalia pascuntur. Nemora autem ut scribit Pompeius significant siluas amoenas. Varro in primo de lingua latina quos agros non colebant propter siluas aut id genus ubi pecus possit pasci & possidebant ab usu suo saltus

Saltus nominatur: haec etiam graeci νομας nostri nemora uocant: a nemorae nemorale di

Nemora citur / quod est nemoris / & nemorensis: unde nemorensis rex Sacerdos ille nemoris dia

Nemorale. nae sacri de quo ita refertur hystoria a Seruio libro Sexto aene. Orestes postq̃ Thoatem

Nemorensis rex. regem in taurica regione occiderat / cum iphigenia sorore / & simulachro dianae aufugit idque non procul ab aricia collocauit: in hoc templo post mutatum ritum sacrorum

Ritus Regis Nemorensis explicatus adamussim. fuit arbor de qua ramum infringi non licebat / dabatur autem fugitiuo / ut si ex ea arbore ramum effringere potuisset cum fugitiuo eius templi sacerdote monomachia / hoc est singulari certamine contenderet: nam fugitiuus ille erat sacerdos / ad pristinae fugae imaginem: dimicandi uero dabatur facultas / quasi ad pristini sacrificii reparationem: hoc loˉ gioribus uerbis explicaui / ut plenam historiam / & originem illam dimicandi intellige

Locus Suetonii. res cum apud Suetonium in CAligula fiat mentio Regis nemorensis his uerbis. Nemorensi regi quod multos iam annos potiretur sacerdotio ualidiorem aduersarium subornauit: de translatione hac sacrorum meminit flaccus in secundo argonauticon.

¶ Mora nec terris tibi longa cruentis

Locus Valerii flacci. ¶ Iam nemus aegeriae / iam te ciet altus ab alba
¶ Iupiter: & soli non mitis aricia regi

de his regibus ab ouidio fit mentio libro tertio fastorum.

¶ Regna tenent fortes manibus / pedibusq; fugaces
¶ Et perit exemplo post modo quisq; suo

Restitutus iureconsulti codex. Obiter restituendus est iure consulti codex titulo de uerborum significatione ubi ita legimus noualis est terra precisa que año cessat quam graeci tu ueto restitue: νεομα uocant quoniam inde sylua tollatur ut scribit seruius in buccolicis ista petam antra: antrū

Antrum dicitur excauata spelunca: Virgilius in tytiro.

¶ Non ego uos post hac uiridi proiectus in antro
dumosa pendere procul de rupe uidebo
Ouidius in decimo tertio methamorphoseon de polyphemo
Nostriq; cupidine captus
Vritur oblitus pecorum antrorumq; suorum
Iuuenalis satyra prima.
Et eoliis uicinum rupibus antrum. uulcani:

Antrum. cum. e. sine aspiratione scribendum Anthropon graeci hominem appellāt unde anthropophagi populi humanis uiuentes carnibus a ποτου φαγιν τους ανθρωπους hoc est ab hominibus edendis hos in quibusdam solitudinibus habitare Scythiae haud q̃q̃ scythicam natienem arbitratus est Herodotus libro. iiii. histo. cui sup hes ursta peuldubio omnia fineq; gentibus esse existimauit de his fit mentio a Plinio libro sexto naturalis historiae his uerbis deinde fabulosa ad occidentem uersus nigroe quorū rex unum oculum habeat in fronte agriophagi pantherarum & leonum carnibus maxi

me uiuentes pamphagi omnia mandentes antropophagi humana carne uescentes/
fauni dicti sunt dii siluestres,& ruricolæ: Marcus uarro faunos deos esse putat latinorũ
Fauni unde
quod quia in siluestribus locis traditum est solitos fari/ faunos dictos putat: Ouidius in
tertio fastorum.
Sic quatiens cornua faunus ait
Dii sumus agrestes/qui cum dominemur in altis
Montibus arbitrium est in
sua tecta ioui
Fauna uero dea dicta ops a
Fauna dea
fauendo/quod omnibus ani
mantibus faueret.terra eniꝫ
cõmunis mater est: Scribit
Lactantius libro primo diui
natum institutionum faunũ
in latio qui & saturno nefa/
Faunus qui

Co. Quo me cunq; uocas sequor ornite : nam (mea luce

ria sacra constituit & picum patrem inter deos honorauit/sororem suam sentam faunã
eandemq; coniugem consecrasse:quam.C. Bassus fatuam nominatam Tradit /quod
Fatua unde
mulieribus fata canere consueuisset/ut faunus uiris:eandem uarro author est tantæ pu/
dicitiæ fuisse/ ut nẽo eã:quo ad uixerit:præt uiꝝ suũ mas uiderit nec nomẽ eius audierit
&idcircoilli mulieres in operto sacrificant,& bonã deã nõinãt:hinc conqueritur Iunena.
satyra sexta nota esse que in sacrificiis bonæ deæ peraguntur cum operta & secreta pe/
Bona, Dea
ragi debeant. ¶ Nota bonæ secreta deæ cum tibia lumbos.
Locus Iuue.
¶ Incitat & cornu pariter uinoq; feruntur
¶ Attonitæ crinemq; rotant ululante priapo
Menades:de faunis Statius libro secundo siluarum.
¶ Vos dicite causas
¶ Naiades:& faciles/satis est,date carmina fauni
pinea silua:pinus arbor est hortis maxime conueniens/Virgilius in Thyrside.
¶ Fraxinus in siluis/pulcherima pinus in hortis
folium habet capilamenti modo pretenue/longumq; & inucrone aculeatum/ut scribit
Pinus
Plinius libro decimo sexto naturalis historiæ/siluestrem pinastrum appellari scribit ideꝫ
Pinus hortis conueniens
plinius mira altitudine,& a medio ramosam quæ copiosiorem fundit resinam:est auteꝫ
resina/ut hoc obiter enarremus nihil aliud quam humor ex arboribus fluens/in iisdemq;
Pinaster.
residens pinus:utile dat lignum nauigiis ut scribit Maro libro secundo georgicon.
Resina.
¶ Dant alios aliæ foetus,dant utile lignum
Nauigiis pinus:unde sæpius pro naui accipitur a poetis:ouidius libro.ii. de arte amãdi
Pinus pro naui.
¶ Quid properas iuuenis:mediis tua pinus in undis
Nauigat:& in primo tristium pinea texta sonant pulsi stridore rudentes idem in primo
Locus Virg.
fastorum et iam dardanidæ tãgent hæc littora pinus.hic cecinit uir.in buccolicis et nau
Pinea tecta
tica pinus mutabit merces ab ouidio libro xiiii.meth.pinea tecta naues appellantur:
Pineta
¶ Fert ecce auidas in pinea turnus
Pityos pinus
Tecta faces:pineta autem dicũtur loca pinis referta:pinus & ipsa a græcis pythis uoca/
Locus plutarchi
tur unde scynis pytiocampa a plutarcho dictus in thesei uita quoniam incuruatis pinis
homines miserabiliter necabat ad quod alludens claudianus libro.i.contra ruffinũ ce/
Locus Claudiani
cinit uel scinis isthmiaca pinu uel rupe ꝓfũda sciron scribit plinius libro xxiii.nat:histo
riæ nucleos nucis pineæ sitim sedare acrimoniam stomachi rosionesq; & cõtrarios hu/
Nuclei nucis pineæ.
mores consistentes ibi & infirmitatem uirium roborare. Densat spissat opacat & den
sum reddit densum(ut coniicere possum significat partem illam telæ absolutam hoc ẽ
Densum apd Varroneꝫ qd significet
densatam quæ pectine a textore feritur dum opus perficere festinat,ex his uarronianis
uerbis in primo de lingua latina / densum a dentibus pectinis / quibus feritur.den
sare autem significat cogere & spissare /sicut densum spissum & constrictum
Densare

Virgilius in Bucholicis.

Hic intet densas corylos / modo nanque gemellos
Spem gregis ah silice in nuda connixa reliquit.
Idem in tertio æneidos.
Et densis hastilibus horrida myrtus.

Dū negat ãplexus nocturnaq; gaudia nobis

Sēsus ē cur ñ petimꝰ hæc antra ex densitate pinoꝶ opacata potius / quarum oppositione nulla erit uis solis ad nos penetrare ualens / Leuat caput. hoc est. intercludit omnem uiam phœbo & aditum. hic capur accipitur pro ingressu & primo aditu quo occluso nullus est locus phœbeis radiis / Sic accipitur apud Plau..m in asinaria: cū loquitur leonidas ego caput huic argenro fui hodie reperiundo, & sequitur libanus ego pes fui / Respondet arginppus / quin nec caput / nec pes sermonis apparet. hoc est neque principium neque finis: ergo hic leuat caput / hoc est principium aditus:

Caput pro aditu
Locus Plau.
Bulla

Bullantes aquas. hoc est bullas facientes: Bulla dicitur in aquis Tumor repente nascens atque paruo inde momento euanescens: quæ Ioue ut plurimum pluuio fieri solet / quæ cum quodam subitario impetu exoriatur / ac cito effluat, merito hominibus comparatur: unde prouerbium est illud Varronianum libro primo de re rustica / homo bulla est / & eo magis senex: a bulla fit bullare / ut apud Cornelium Celsum. Si utina bullat: Bullantes aquæ ita appellantur a Plinio libro nono naturalis historiæ. præterea bullantium aquarnm sufflatio / lunæque effectu conchatum quoque corpora augescentia: Aristoteles in problematis reddit rationem cur bullæ spetie hemisperii exurgere soleant: ꝙ .s. tamquam de centro in aera sursum equaliter circum undique ad nituntur quomodo hemisperium emergere necesse est / portio autem spheræ inferior aquæ planitie abscinditur / in qua .s. centrum situm est: Bulla etiam erat insigne puerorum nobilium / ut scribit Macrobius libro primo Saturnalium / unde bullatus dicitur bulla insignitus / Scipio in Oratione contra legem Iudiciariam / plus medius fidius in eo ludo uidi pueris uirginibusq; quingentos / in his unum / quod me rei .p. misertum est / puerum Bullatum petitoris filium non minorem annis duodecim cum crotalis saltare: a bulla fit etiam ebullate quod significat more bullæ euanescere Persius Satyra Tertia Sub lingua immurmurat o si ebullet patrui præclarum funus: olim cum cinna criminatus ꝙ Pompeium interfecisset depræhensus esset ab insidiatore, Et bullam quam precii magni habebat illi obtulisset non inquit ille uenio fideiussionem obsignaturus / Sed de scelerato tyranno uindicaturus / auctor Plutarchus in Pompei uita. Fagus. Arbor est glandifera a ποτου.φαγειν. dicta idest comedere ut scribit Seruius in Bucholicis: prisco enim sæculo homines glandibus uescebantur / Virgilius in inuocatione primi Georgicon.

Homo bulla
Bullare
Cur bullæ sint spetie hemisperii.
Bulla isigne puerorum
Bullatus
Ebullare apd Persium.
Dictum insidiatoris cuiusdam in cinnam
Fagus unde.
Faginus.

Liber & alma ceres uestro si numine tellus
Cahoniam pingui glandem mutauit Arista:

Boetius in Secundo de Consolatione facili quæ sera solebat Ieiunia soluere glande cum de ætate prisca loqueretur: a fago faginus deducitur ut.

Inter pampineas ponetur faginus ulmos.

Idest fagineus & ex fago factus: Scribit Plinius libro .xvi. naturalis historiæ fagi / (nam glandem gratissimam esse muribus / glires saginare

Tutdis.ꝑ experi: ideo autem bullantes aquas sub radicibus fagi posuit quoniam in uorticibus siue gurgitibus ut nos appellamus.aquæ retentæ bullare solent.similiterq̃ si obiice seu saxi siue arboris impediãtur ne cursum peragãt suum: Protegit cooperit Virgilius in secundo æneidos clipeos ac tella sinistris protecti obiiciunt: Implicat ramis errãtibus implicando connectit:& simul constringit umbrosum locum efficiens:

Implicare.

Implicare hic significat ra/mos connectere & quodam intextu ordinate/methaphora a uestibꝰ sumpta/quæ in plicas deduci solent.quam uocẽ nũc etiam bononienses retinent apud Virgilium significat im/pedire libro secũdo æneidos illo uersu implicat & miseros morsu depascitur artus: alias positum pro ornare .ut scribit marcellus Affrannius in brundusio.in parte inferiori hic implicabitur caput fateor:quo me cunque uocas sequor sensus est:potes me quocun q̃ lubet uocare etiam si sacrificandum sit & templa sint adeunda:quoniam purus & mun/dus a mulieris contagio non prohibeor ad sacra accedere:designat autem morem sacri ficantium.& diuina celebrantium qui nisi purgati a concubitu uel alia pollutione/sacra attingere metuebãt:hinc prolatum est illud a Persio indignanter quidem satyra tertia hec sancte ut poscas tyberino in flumine merges mane caput bis terq̃ & noctem flumi/ne purgas:iubet.n.dñius in leuitico homo in quo fuerit uitium & macula non accedat offerre dona deo: & in exodo sacerdotes qui accedunt ad dominum deum sanctifican/ter.ne forte derelinquat eos dominus:solebant autem polluti uel cæde uel stupro Se aq̃ purgate quoniam aqua circumfert & lustrat.ut scribit plutarchus in problematis/ unde dictum est a uirgilio in secundo eneidos Me bello e tanto digressum & cæde recenti at trectarre nefas/donec me flumine uiuo abluero scribit Marcus tullius libro primo de legibus aspersione aquæ labem corpoream Tolli.& castimoniam corporis præstari:flac cus in secundo argonauticon linque o mihi cæde madentem bacche domum/ sine feda rum te funere põtus expiet & referam lotos in templa dracones: expiationem hanc aquaticam intelligens:scribit macrobius libro tertio saturnalium diis superis sacra factu rum corporis ablutione purgari cum uero inferis litandum est satis actum uideri.si as persio sola contingat.quod obseruauit Virgilius in quarto eneidos.cum sacra diis infer ris instituit dido sic inquiens:Annam chara mihi nutrix huc siste sororem/ dic corpus properet fluuiali spargere lympha: putat idem Macrobius non tam apud Virgilium conqueri Iunonem æneam contigisse & contra suum uelle Peruenire in italiam quam quod optato potiretur tybridis alueo quia sciret eũ hoc amne purificatum posse sa/cra sibi rite perficere nam ne suplicari quidem sibi ab eo uellet Apud nos usus est in sa/cerdotio aqua labem purgandi cum ante quã assumat sacerdos panem azimum idest in fermentatum(ita appellantibus canonistis / sacram hostiam) manus aqua prius ablu/ere mos sit hinc exiit illud psalmistæ Asperges me dñe hysopo & mundabor lauabis me & sup niuẽ dealbabor diuus cypriãus ad magnũ scribẽs siquidem ĩia ẽ ecclesia quæ a cristo diligitur/& lauacro eiꝰ sola purgatur/quomõ qui i ecclesia nõ ẽ aut diligi a cristo aut ablui & purgari lauacro eiꝰ potest:de purgatione aquæ Iuue.satyra sexta:ter matuti no Tyberi mergetur & ipsis uorticibus tumidum caput abluet.tu tamen ibi lege timi/dum idest superstitione incussum: Mea leuce mea amasia & puella mihi dilecta.leuce nomen puellæ conueniens.leucus enim albus dicitur.unde & a plinio dictum leucargi lion uocari candidam Argillam xvii.naturalis historiæ.idem libro decimo sexto hoc lignum proximum medullæ est in abiete græci leucon uocauere.tu ibi album intelli ita græcis appellantibus/ ergo leuce a candore dicta & declinabitur leuce leuces sicut daphne daphnes:Plynius libro .xx. Author Siluestre rapum in aruis maxime nasci fru ticosum Semine candido,duplo maiore quam papueris / quo ad albicandam

Peruia cornigeri fecit sacraria fauni.

Vestes plicãt

Locus uir.

Implicare ornare.

Sacra attin/gere nephas nisi purgatis

Aqua circun fert & lustrat

Locus uale/rii flacci.

In sacris supe riorum lauãt

In sacris infe rorũ aspgũt

Locus uir.

Locus Iuue.

Leucus.

leucargillios terra.

Locus Plinii

Leuce.

Siluestre ra/pũ ad albicã dam cutem

Siluestre ra/pũ ad albicã dam cutem. Lac asininũ adcandorem confert.

cutem in facie,totoq; corpote utantur / mixta urina pari mensura : putat idem custo diri lacte asinino candorem : ob quod prolatum est illud a Satyrico Poeta Satyra sex ta atque illo tunc lacte fouetur propter quod secum comites educit asellas. Noc turna gaudia.dicuntur concubitus,& ioci amatorum / quoniam noctu plerumque inter ueniunt : Plautus in Asinaria / Tot noctes reddat spurcas / quot putas habuerit : Ouidius in secundo de Re/medio amoris / dixerit ut ue nias pacta tibi nocte uenito: Idem est data nox dubita no cte uenire data / ubi noctes concubitus pacti significan

Nec tibi defuerit mea fistula:quã mihi nup

Nox pro cõ cubitu
Locus Oui.
Iuppiť amõ
Peruium
Inuium
Sacrarium
Donaria
Lectisternia

tur: Cornigeri fauni.ide... cornua gerentis / finguntur enim cornuti fauni Oui/dius in Tertio Fastorum sic quatiens cornua faunus ait quo insigni Iuppiter amon etiam colebatur arietina scilicet facie : ut auctor est Herodotus libro historiarum se cundo: & quarto : Peruia sacraria accessibilia peruium enim dicitur per quod iri potest / Sicut inuium sine uia / Quod inaccessibile : Sacraria autem (ut docet Serui/us super eo loco. Virgilii in.xii. æneí. & diri sacraria ditis) loca dicuntur in tem/plo,in quibus sacra reponuntur / Sicut donaria ubi dona reponuntur oblata / & lec/tisternia / ubi in templo homines sedere consueuerunt : Suetonius in Augusto / Na tus est Augustus .M. Tullio Cicerone & Antonio consulibus.ix.kl. Octobris pau/loante solis ortum regione palatii ad capita bubula / ubi nunc sacrarium habet / ali/quanto postquam excessit constitutum : Notandum est aliud esse sacrum locum a/liud sacrarium. Sacer locus est: locus .consecratus Sacrarium. in quo sacra reponun

sacer locus
sacellum
sanctuaria
Locus Pli.
Locus Virg.

tur / ut notat Vlpianus Titulo de Rerum diuisione : hic sacraria Sacella intellige Fauni idest paruum locum cum ara Sacratum / ita significante Sacello / quod ex sa cro diminutiuum est ut scribit Gellius libro sexto noctium atticarum : Sanctaria ue ro / siue sanctuaria (ut quidam legendum esse existimant ex lectione antiqua plini ana libro .xxiii. in sanctuariis mithridatis maximi regis deuicti) dicuntur loca arca/na / Et secretiora / quæ a græcis αΔιΤά appellantur / unde dictum putarim a Vir. libro secundo æneidos. Adytis penetralibus idest secretioribus ubi sancta reponũ

Promere
Promus
Condus

tur. Prome igitur calamos. Ornitus inter eundum prouocat corydonem ad cã rilenam / cui fistulam promittit a lygdone sibi compactam. Promere : significat reposita proferre / unde promum ille apud Plautum qui res in penu reconditas pro fert / Se dicit appellari atque condum / q̃ similiter condat / ita loquens in pseudulo condus / promus sum : procurator peni : Plinius Cecilius libro primo epistolarum / affirmat etiam esse hanc philosophiæ & quidem pulcherrimam partem agere nego

Calamus

cium publicum / cognoscere / iudicare / promere / & exercere iustitiam. Calamos est proprie calamus harundo gracilior / quam pastores ad cantilenas adhibent : ex his enim fistulas faciunt / quibus concertare consueuerunt: Vir.in Alexi pan pri/mus calamos cæra coniungere plures instituit : & in daphni nec calamis solum æqui

syringa
Orchomenio
Calamus rhe ni bononien/sis sagittis a/ptior.
Locus Vir.
Theca cala/maria
Fistula

peras / Sed uoce magistrum: Plinius libro Sextodecimo nat. hist. calamum concauũ syringam nuncupatum utilissimum esse fistulis docet / orchomenium uero de quo in ferius dicemus tibiis utiliorem / uincit in hoc italia q̃ nullus sagittis aptior sit cala/mus q̃ in rheno amne nostro Bononiensi : aliquando calamus pro stilo accipitur / in quam significationem prolatum est illud a Vir.in Tytiro / scribere quæ uellem cala mo permisit agresti : Apuleius in primo de Asino Aureo modo si papyrum ægy/ptiam argutia nilotici calami inscriptam non spreueris inspicere: Theca calamaria ab epigrammatario hoc est calamorum repositorium ita describitur in apophoretis : sor titus thecã calamis armare memento / cætera nos dedimus / tu leuiora para: Fistula ob/lectamentũ pastoriũ / qua amores suos inuicem decãtare solent. Vir.in palemõe.haud

unquam tibi fiſtula cæra iuncta fuit: Sidonius in panegyrico/poſtque chelim placuit fiſtula rauca Ioui/lemma eſt apud epigrammatarium in apophoretis fiſtula inſcriptum: Quid me compactam ceris & arundine rides quæ primum extructa eſt fiſtula talis. erat. Scribit Plinius in.vii.nat.hiſtoriæ pana inuentorem fuiſſe tibiæ/monauli mercurium: obliquæ tibiæ mydam in phrygia/geminarum uero tibiarum marſyam deſcribitur ab oui. Poliphemi fiſtula centum compacta arundinibus libro.xiii.Meth. Statius in Tertio Siluarum famulantis fiſtula phœbi cum phœbum more paſtorum aliquando cecinisse denotaret. Lygdon nomen paſtoris hic λυγΔοσ. ut ſcribit Suidas auctor græcus ſpecies ē marmoris/eodemque auctore accæpimus λυγΔιμοψ cicutam appellari corroboratque opinionem ſuam hoc carmine græco ex epigrammatis γλυψασ επωλγ. λυγΔιροψ τισ ερμειαψ: poteſt autem uideri alluſiſſe ut eſt opinio quorundam ad lydiam tibulam: quoniam in lydia optimi fiſtulatores fuerunt: unde legimus apud Herodotum in hiſtoriis halyatem regem lydiæ quum bellum mileſiis faceret concinentes habuiſſe fiſtulatores & fidicines/atque fœminas etiam tibicinas in exercitu. antiquitus enim tubæ ita non fuerunt in uſu/& ut ſcribit Thucydides lacedæmonii in prælii Tibiarum modulis uti conſueuerunt: de qua re luculentum eſt caput apud Gellium libro primo noctium atticarum:

Matura docilis compegit harundine ligdon.
Et iam captatæ pariter ſucceſſimus umbræ.
Sed quæ nam ſacra deſcripta ē pagina fagoſ

Pan iuentor tibiæ
Monauli mercurius.
Obliquæ Tibiæ midas
Geminarum tibiarum marſias
Lygdon
Lygdos marmor.
Lygdina cicutæ
Fiſtulatores in bellis.
Lacedæmoni tibiis uſi i prelijs.

Captatæ/umbræ ellectæ & nobis præceptæ. Capto. ſunt qui negent hoc uerbum frequentiam ſignificare: Sed blandiciis quibuſdam uenari ſeu gratiam ſeu hereditatem uelint ut apud Martialem in ſexto Scis te captari: ſcis hunc qui captat/auarum: Et ſcis qui captat quid mariane uelit/& alibi capto tuam: pudet heu: Sed capto maxime cœnam: Tu captas alias. iam ſumus ergo pares: hinc captatores dicti cœnarum & hereditatum Aucupes: Cicero captator ille popularis auræ: Iuuenalis captatorem macellum appellauit Satyra Sexta quo captare ſolent hereditates heredipetæ munera ex macello empta ſubinde mittentes an apud Vir.tamen frequentatiuum ſit omnes poſſunt iudicare in alexi nunc etiam pecudes umbras & frigora captant hor. in arte Poetica aut dum uitat humum nubes & inania captet: ingeniorum capturæ deceptiones appellantur a Plinio libro.xxiiii naturalis hiſtoriæ cuius uerba ſubieci hæc ſola naturæ placuerat eſſe remedia parata uulgo/inuentu facilia/ac ſine impendio/ex quibus uiuimus/poſtea fraudes hominum & ingeniorum capture officinas inuenere iſtas. Succeſſimus ingreſſi ſumus/et ſignificat cum felicitate: unde ſucceſſus pro felici euentu accipitur: Ouidius in epiſtolis, careat ſucceſſibus opto quiſquis ab euentu facta notanda putat. Sed quæ nam ſacra omitus tollens oculos ad fagum propinquam exclamat admirabundus, cum carmina inciſa in arbore animaduertat/quæ iuſſus mox propius leget. Properanti falce: ut dicitur currenti calamo: falce enim opiliones incidere ſolent in corticibus oblectamenta ſua/Talis uſus fuit apud antiquos/cum adhuc non eſſet chartarum miniſterium ut in corticibus & in cæra ſcriberent plautus in auiularia ne ulla ſit cæra ubi facere poſſit litteras: quo uero inſtrumento cæra notabatur hoc eſt in notas redigebatur graphium eſt dictum. Ouidius in ſecundo Amorum quid digitos opus eſt graphium laſſare tenendo hoc habeat ſcriptum tota tabella ueni: Et graphiarium/repoſitorium graphii: Martialis in apophoretis hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro ideſt graphio intus incluſo tale apud nos eſt calamarium ubi calami reponuntur: quamuis hanc pauci hodie obſeruent dictionem.

Capto
Captatores.
Locus Iuuenalis/
Captura deceptio
Succedere
Succeſſus.
Incorticibo & cæra ſcribebāt antiqui
Graphium
Graphiariū
Locus Mar.
Calamarium.

Notæ

Notauit.notis incidit.notæ enim litteræ dicuntur singulariæ ex quibus uerba conficiuntur/Suetonius in dictatore/extant & ad Ciceronem item ad familiares domesticis de rebus/in quibus si qua occultius proferenda erant.per notas scripsit idest sic structo litterarum ordine/ut nullum uerbum effici posset:notas primum cōmentum fuisse Tyronem Tullium Ciceronis libertum auctor est Eusebius:a nota fit notare q̄ significat notis inscribere /Quintilianus in primo

Quis primus notas commētus.

Notare

alterum pluribus sane diebus quantum notando consequi potuerant:notariiq̄ similiter a notis nuncupati /qui notis quibusdam uerbum semper significātibus cum Catonis lu culentā in senatu orationem quandoq̄ collegissent hinc originem traxisse feruntur : est etiam notare legale uerbū unde titulus est apud iurecō/

Notarii unde

Origo notariorum.

Quā modo nescio quis ꝓperāti falce notauit!
Aspicis ut uirides etiam nunc littera rimas Cor
Seruet!& arenti nondum se laxet hiatu!
Ornite fer propius tua lumina.Tu potes alto
Cortice descriptos citius percurrere uersus.

sultos de his qui notantur infamia:apud epigrammatarium poetam in apophoretis de notario distichon est tale.currant uerba licet manus est uelocior illis:nondum lingua suum. dextra peregit opus:Ausonius de notario/cui multa fandi copia punctis peracta singulis ut una uox absoluitur. Aspicis ut uirides ut demonstret nouas esse notas corydon / ait eas nondum aperto cortice aperiri/ut consueuerunt succo abeunte per longum spatium incisæ diffindi/& laxari. Arenti hiatu exucco & languido/humor namq̄ fugit loca & pates corticis incisas. Hiatus.proprie oris dicitur/ab hio q̄ significat discindor/similiterq̄ terræ scissio quam græci κασμα uocant : Plinius libro secundo naturalis historiæ/ neq̄ aliud est in terra tremor q̄ in nube tonitruum/nec hiatus aliud q̄ cum fulmen erumpit incluso spiritu luctante & ad libertatem exire nitente:hinc hiulcus dicitur fissus & rimosus locus. Vir.in secundo Georgicon hoc ubi hiulca situ findit canis æstifer arua:ab hio compositum est inhio/quod significat uehementer appeto/Plautus in aulularia nunc petit cum pollicetur/Inhiat aurum/ut deuoret: Vir.in secundo georgicon nec uarios inhiant pulchra testudine postes:hiscere uero(ut notat Marcellus)est ꝓprie alloqui Actius in armorum Iudicio/hem uereor plusquam fas est captiuum hiscere: Tu potes alto/sensus est:cum tu sis altioris staturæ ornite poteris melius q̄ ego possim/altiores uersus ad lōgitudinem tui corporis accommodatos transcurrere: Propius/uicinius & magis prope Martialis in primo hic ubi sydereus propius uidet astra colosus. Et ꝓdius quoq̄ dictum est auctore Marcello/quod significat interius longius a prodeundo/quasi porro eundo/ Varro in ungula diuina primum uenit in urbem atq̄ intra muros deinde accedit prodius/atq̄ introit domum. Alto cortice/ubi inscriptæ sunt notæ:cortex enim est etiam ad extremitatem arboris quem & quisq̄ pumilio animaduertere posset. Percurrere/cursim legere:nos dicimus hodie transcurrere si quod opus aliquando festinanter legimus. Nā tibi longa satis/Adducit rationem cur ipsæ melius possit carmina perlegere/quæ altiora sunt: cum eni inquit semine largo a patre sis procreatus tuo/internodiis oblongis & corpore staturoso hoc est magnæ staturæ(ita enim significat staturosus)commodius ob altitudinem ad quam oculi mei non perueniunt tu leges/ego audiam. Longa internodia membra procera ac longa: Internodium dicitur inter nodos spatium.pli.libro.xyi.naturhistoriæ de canis loquens/nauigiorum etiam uicem prestant(si credimus)singula inter nodia:item alibi/pluta autem genera/alia spissior densiorq̄ geniculis breuibus internodiis: Scribit Aristoteles in problematis hominum uariam staturam ex duplici prouenire causa uel ob locum angustum/uel ob exiguitatem cibi/quod etiam partu iam edito nonnulli efficere conantur:ut qui catellos in caueolis conclusos teneant:hic Calpurnius internodia intelligit spatiū ossis quod est solidi a iunctura ad iuncturā:ita accipitur. A plinio de araneis loquente in.xi.omnibus internodia terna in cruribus:& de Scorpionibus item:constat & septena caudæ internodia:sæuiora esse.

Hiatus

Hiatus terre/ casma

Hiulcus

Inhio

Hiscere

Propius

Prodius

Staturosus

Internodium.

Quando hominum Varia statura.

Largus pater. uel in emittendo semine liberalis:uel immensus & magnus:ut apd Virgilius in primo Georgicon certatim largos humeris infundere rores:& in primo æneidos multa gemens largoq; humectat flumine uultum:Plautus in milite largiloquam linguam appellat uerbosam/& nugis plenam:potes etiam ad hoc referre quod ex sententia aristotelica ad nostram deriuo:scribit enim ipse in problematis prolem cæterorum animantium magis q̃ hominū esse similem quoniam homo in coitu uario uagoq; fit animo:ut largum intelligas patrem qui se totum tibi in coeundo tradiderit ut mos est tu sticorum quorum mens minus abstracta est/q̃ eruditorum: quibus sæpissime filii inculsissimi procreantur:

Largus. Largiloqua lingua. Cur magis similes fœtus animalium q̃ hōīnu3 parētibus. Eruditorum filii insulsi

Nam tibi longa satis pater iternodia largus
Procerumq; dedit mater non inuida corpus.
Or. Non pastor non hoc triuiali more uiator
Sed deus ipse canit.nihil armentale resultat.
Non mōtana sacros distingunt iubila uersus

Scribit Iulius Firmicus in tertio si uenus domina genituræ fuerit effecta corpus sub se nascentium futurum.longum & candidum:Sed quoniam putauit anaxagoras liberos eius parentis faciem referre qui seminis amplius contulisset ut scribit Censorinus de die natali intelligamus largum ut superius scripsimus in semine dando:plures tamen adduximus opiniones quia non idem omnibus placere potest:ob uanam hominum appetentiam: Procerum corpus.longum.& staturosum Plinius cecilius libro primo epistolarum ad hæc proceritas corporis decora facies:demissus capillus:Scribit Macrobius in primo de Somno Scipionis.caducorum corporum hæc duo esse ꝓpria sentire/uel crescere/atq; esthetycon.i.sentiendi naturam de sole phyticon autem.i.crescendi naturam/de lunari ad nos globositate ꝑuenire: sic utriusq; luminis beneficio hanc nobis constare uitam.qua fruimur/quã præcipue duo hæc moderantur. Non inuida mater.quæ tuæ magnitudini minime inuidiosa fuit/Sed locutus est rusticæ & uulgariter:Inuidū appellamus alterius bono inuidentem & inuidiã crimen ipsum/quo nullū pniciosius humanis ē mentibus ingenitum.nam sicut rubigo ferrum ita inuidia animū hominis. ubi insita est consumit/ut scribit Basilius in oratione illa/quã de inuidia cōposuit:Inuida ætas appellatur ab horatio in primo carminū/ꝙ nos fugiat/& ueluti nostra nobis bona eripere conetur:dum loquimur fugerit Inuida ætas:carpe diem q̃ minimum credula postero. Nō pastor.omitus orsus carmina exclamat.non esse illos uersus triuiales/uulgares/Sed diuinos & ab ipso deo fauno cortici incisos. Triuiali more.uulgari/& plebeio/ut in triuiis esse consueuit. Triuium appellamus locum/in quem tres uiæ confluant: ad quod rustici conuenire sæpissime solent. Virg.in.Palemōe/nonne tu in triuiis indocte solebas stridenti/miserū stipula disperdere carmen. Tibullus in primo/Seu uetus in triuio florida serta lapis. Scribit Seruius cōsuetudinem fuisse/ut p triuia & q̃driuia ulularent & flebile canerent in honorem dianæ/ad reddendã cereris imitationem:quæ ꝑserpinã in triuiis clamore requirebat eadem.n.est diana ac ꝑserpina:Vt nocturnis hecate triuiis ululata p urbes: Vnde & triuia ipsa diana appellat̃ q̃m in triuiis ponit̃ apud oppida græca/uel quia luna dicitur in cælo tribus uiis moueri/in altitudinem/latitudinem.& lōgitudinem/ut docet Varro libro tertio de lingua latina:hinc dictū est a Catullo elegant & doctissime in laudem dianæ:Tu potens triuida & nocte es dicta lumine luna:& ab ennio.ut ibi ritanis triuia dederit stirpem liberæ:a triuio fit triuialis & triuiale:quod significat uulgare & plebeium:Suetonius in Augusto aut ẽt triuiales ex circo ludos interponebat:a Quintiliāo Magistri triuialis scientiæ dicũtur:hoc est uulgaris & omnibus expositæ: Deus ipse.faunus.

Nihil armentale.nō sapit rusticitate3/& pastoriū stilū: Armentū/ut scribit Varro in primū de lingua latina dictū ꝙ boues ideo maxime parabãtur/ut inde elligerent ad arandū inde aramenta dicta postea tertia littera extrita.& armentarius dictus est custos armenti Apuleius in septimo de Asino Aureo. Ergo igit̃ euocato statim armentario equisione/magna cum præfatione deducendus assignor:Annotauerunt grammatici hãc esse inter armentum & gregem differentiam/ut pro grege ꝓprie minora pecora intelligamus pro

Sub uenere magni nascunt̃. De liberorũ ꝓcreatione. Procerum. Vnde sit crescẽdi natura. Inuidus. Inuidia. Inuidia ut rubigo. Inuida ætas. Triuium. In triuiis flebile carmen. Eadem diana ac ꝑserpina. Triuia diana. Locus catulli Locus Ennii Triuialis Triuiales magistri Armētū und Armentarius. Grex.

Armentum
Armentum ceruorum
Armentum qđ in agro natum non creat.
Armentale.

armento uero maiora: græce armentum αγελη dicitur: nec pertinet hoc uocabulũ ad boues & equos tantũ. nam & Virgilius in primo æneidos armentũ ceruorũ ita nũcupauit; hos tot a armenta sequuntur a tergo: et longum p ualles pascitur agmen: Armentũ ut inquit uarro libro secũdo de re rustica id qđ in agro natũ est non creat/ Sed dentibus tollit: At causa fit ut cõmodius nascatur frumentũ in segete et pabulũ in nouali bos domitus: ab armento inde deductũ armentale: qđ significat rusticanũ & triuiale: est autẽ hæc græca figura armentale resultat ut Scribit Seruius super eo loco Virgilii in primo æneidos nec uox hominẽ sonat. Non montana. scribo nec montana ex sincero codice.

Mira refers. Sed rũpe moras. oculoq; sequaci CO
Quãprimũ nobis diuinum perlege carmen
Qui iuga qui siluas tueor satus æthere faunꝰ OR
Hæc populis uẽtura cano. iuuat arbore sacra
Læta patefactis incidere carmina fagis

Iubila
Iubilare.
Quiritare

Iubila dicuntur proprie rusticorum. Iubilare auctore pompeio. est rustica uoce inclamare: Scribit Varro libro secundo de lingua latina iubilare esse rusticorum/ ut quiritare est urbanorum/ quod significat fidem quiritium clamando implorare: Aprissius io bacche quis me iubilat uicinus tuus antiquus. Apuleius libro octauo de asino aureo iubilationibus solitis & huiuscemodi uocibus: nobis inhortantur: silius in decimo quarto & letus scopulis audiuit iubila cyclops:

Rũpere moras.

Rumpe moras dissolue tarditatem: Rumpere moras/ significat festinare & moram frangere. Ouidius in epistolis. Tolle moras tantum: properaque fœdera iunge/

Sequax natura

Oculo sequaci. litteras sequente legendo: sequax natura appellatur a Plinio. q̃ ad inflexionem quocũq; lubet possit deduci: cuius sunt uerba in decimo naturalis historiæ. adeo sequax natura est ut ipsis uiuentiũ corporibus feruenti cæra flectantur: idem libro. xiiii. uillas & domos ambiri singularũ palmitibus ac sequacibus loris memoria quoq; dignum inter prima Valerius quoq; Cornelius existimauit; Hederæ sequaces a Persio appellãtur/ quæ sequendi retinent naturã in muris statuis atq; arboribus & a seneca sequaces aristippi dicuntur eiusdem sequentes doctrinam & disciplinam: quã uocem hodie quoq; retinent Bononienses: ut sequaces appellent alicuius clientes amicos & stipatores.

Hederæ sequaces.
Sequaces qui apud Senecam.
Perlegere.
Perspicere.

q̃primũ: q̃ subito plege. accurare lege ita. n. significat plegere: Sicut pspicere ad plenũ uidere ut scribit Dõatus in ãdria Terentii/ Oui. perlege quodcũq; est quid epistola lecta nocebit? Qui iuga. carmina sequentia inscripta cortici leguntur ab omito

Iuga.
Iugosus.
Tueor.
Omniparens æther.
Iuppiter pro æthere.
Anaximenes
Thales
Heraclitus
Epicharmus.

Iuga. dicuntur montium arduitates: Virgi. dum iuga mõtis aper fluuios dum piscis amabit: & iugosus pcliuis: Oui. tu mõ duricem siluis depone iugosis: Tueor. deffendo hic alias aspicio: papinius in siluis iuuat ora tueri mixta notis belli placidaq; gerentia pacem Virg. excipiunt plausu pauidos gaudentq; tuentes dardanidæ: Satus æthere faunus. hoc dixit qm̃ æther oia pgignere dicitur. uñ a Nemesião appellaẽ oiparens æther: Scribit Ser. in secundo Georg. super eo loco Virgilião. Tum pater oipotens fecundis imbribus æther. Iouem pro æthere accipi cui attribuunẽ aer. & æther/ quæ duo mixta terræ & humori uniuersa procreãt. locutus ãt uideẽ secundum anaximenis opinionem qui aera principium oium rerũ esse autumauit/ ut scribit Laer. in secundo de uita & disciplina philosophorũ: de qua re uariæ sunt opiniones: a Thalete. n. aqua principium assumitur/ ab heraclito ignis: ab epicharmo & phisicis/ principia quattuor elementa pponuntur: & sic principia uaria tradunẽ. Cicero lib. quinto Tuscu. questionum/ Inde est indagatio natã initiorũ tãq̃ seminum/ uñ essent omnia orta gñrata ꝯcreta/ quæq; cuiusq; gñris/ uel inanimi/ uel animati uel muti/ uel loquentis origo.

Fauni numina rustica
Faunus custos poetarum
Locus horatii.
Faunus idem qui pan.

Faunus. deus: Sunt rustica numina fauni/ ut inquit Oui. libro primo metha. & poetarũ custodes/ uñ dictum est ab horatio in tertio carminum/ nisi faunus ictũ dextra leuasset mercurialiũ custos uirorũ/ iidem ab ausonio paganica numina. his appellantur/ inter oreadas panope fluuialis amicas fugit lasciuos paganica numina faunos/ faunus autem idem est q̃ pan ut demonstrat ouidiꝰ libro. ii. fasto. his uersibꝰ tertia post idꝰ nudos aurora lupcos. aspicit & faũi sacra bicornis erũt. quæ mox sequẽ pana deũ pecoris ueteres coluisse ferũt Arcadas arcadiis plurimꝰ ille iugis & paulo post transtulit euander siluestria numina secum hic ubi nunc urbs est tunc

locus urbis erat. Læta carmina.iucunda & læticiæ plena/ut uela dabant læti.lætum ēt
significat pingue.ut apud Virg.in primo Georg.quid faciat lætas segetes: alias læthum
cum aspiratione:quod pro morte summit/ab obliuiōe dictum:quā græci λήθην appel
lant auctore Pompeio. Patefactis fagis.idest demonstrato fago/ubi sunt descripta / uel
in loco patenti. Vos populi gaudete mei.Sensus est:exultate nunc coloni/ & gaudete/

Letū pingue
Lethum

Vos o præcipue nemorum gaudete coloni.
Vos populi gaudete mei. licet omne uagetur
Securo custode pecus:nocturnaq; pastor
Claudere fraxinea nolit præsepia crate.
Non tamen insidias predator ouilibus ullas

qm̄ armentis,& pecudibus im
pūe errare licebit.absq; metu
abigei/& lupoꝝ/omniaq; pla/
cida quiete tranquillata super
uenient. Securo pastore. cui
opus non erit timere insidias
ṗdonū / aut lupoꝝ:formæ.n.
pastorū legendæ sunt firmæ
ac ueloces mobiles,expeditis

forma pastoꝝ
qualis esse de
beat.

membris.qui non solum pecus sequi possint/Sed etiam a bestiis/ac predonibus desende/
re:ut docet Varro libro secundo rei rusticæ:quibus uacationem ꝑmittit faunus. Pecus
ut scribit Seruius super eo loco Virgiliano in primo æneidos ignauū fucos pecus a præ/
sepibus arcent:omne animal est quod humana lingua/& effigie caret:in cuius suffragiuz
est illud horatii libro primo carminum omne cum proteus pecus egit altos uisere mon/
tes:ibi enim pecus de piscibus intelligere necesse est:Marcellus iureconsultus ait pecori/
bus legatis quadrupedes contineri que gregatim pascuntur a pecu 'autem pecu/
niam dici et peculiū asserit his uerbis Colu. in septimo de re rustica/ itaq; sicut ueteres
romani preceperunt/ipē quoq; censeo tā pecorum q̄ agrorum cultū pernoscere/ nā in ru
sticatione uel antiquissima/est rō pascendi eadem questuosissima pp quod noīā quoq; pe
culii tracta uidentur a pecore quod nō solū ueteres possederūt.Sed adhuc apud quaidā
gētes unum hoc usurpatur diuitiarum genus:Scribit plutarchus in problematis/ueteres
ulos nūmo ouē bouēq; insignitū hn̄te ut eēt in pris documēto ſbaz antiquoꝝ in gregibus
fuisse/collocatā/quo fit/ut multi apd ueteres/bubulci/porcii appellati sit ut auctor ē fe/
nestella:claudere circūdare et Sepire:uir.in bucco. claudite iā riuos pueri sat.prata bibe
rūt.præsepia dicuntur loca ad quæ boues religantur ut nocte ibi cibū capiāt Columella
libro secundo rei rusticæ:Sed ante ad præsepia boues religari nō expedit quā sudare itaq;
anhelare desierint:Iuuenalis cum uellet notare damasippum/seu alium quez 'intelligat.ē
enim hoc diuinare de nominibus & personis:censum & patrimōium impendisse equis alē
dis dixit qui bona donauit præsepibus præsepia equorum intelligens non scortorum cu
bilia ut putauit quidaz citās illud ciceronianum uerum audis in præsepibus audis in stu
pris:nam si apud ciceronē & alios scriptores in tali significatione inuenitur. ad sensum
satyrographi quadrare non potest ex sequentibus talis interpetratio.nam sequitur & ca
ret omni maiorum censu dum peruolat axe citato flamineam puer autumedon nam lora
tenebat ipse lacernatæ cum se iactaret amicæ hæc enim carmina sunt ad declarationem
quomodo donarit bona præsepibus:translatiue a plauto usurpatur in curculione cum in
quit palinurus Seruus. Tormento retineri non potuit ferreo quin reciperet se huc eium
ad præsepe suū præsepe appellās phedrōi domū ubi tāq̄ ad praesepe solitꝰ fuerat parasitꝰ
cibum capere: Crate fraxinea fraxineo contextu in modum cratis quibꝰ praesepia parāt
apuleius libro.iiii.de asino aureo caula firma solidis cratibꝰ ouili stabulatione cōmoda
crates bacharum a palladio dicunt in.x.quae apud nos hodie craticiae quibꝰ fructus soli
expansos exsiccare consueuimus:a crate craticium parietem dixerunt quo munire & se
pire instructurā rustici aedifitii mos fuit uilicoꝝ:cratis etiā ordo appellat & structura.uir.
& cratem pectoris ense trāsadiit :oui.in.xii.meth.Fraxineā misit mentis quoq; uiribꝰ ha
stā quae lateꝝ cratem prupit:est etiā cratis supplicii genus de quo intellexit plautꝰ in pœ
nulo ita loquente milphio Sub cratim ut iubeas sese supponi itaq; eo lapides imponi mul
tos ut sese enices :ad qđ allusisse uidet lucretius in tertio cum inquit urgeriue superne ob
rutum pōdere cratis ubi ad hāc rē pertinentia multa a pio nostro copiosissime disserunt.

Pecus.
Locus horatii
pecunia ūde
Peculium
Nummus
insignitus bo
ue & oue
Præsepia
Locus Iuue:
Error georgii
uallensis prae
sepe lupanar
Locus plauti
Cratis
Crates apud
palladiū quid
significent
Craticius pa
ries
Cratis supli
cii genus
Locus lucre.

Fraxinus
Fraxinus ꝑ hasta
Fraxinus citro similis
Fraxinus ꝯtra serpentes
Bumelia
Locus plinii.
Bu auget
Bulima
Pompei codex restitutꝰ
Marisca
Medicinae ex fraxino
Praedator
Hostes
Praedones
Praeda uñ
Praemiũ uñ
Templũ iouis ꝑdatoris
Locus cice.
Peculator
Ouilia
μοιμνη ouile
Ouile in cãpo martio
Abigere
Abigei qui
Locus iure ꝯsulti correctꝰ
Pena abigeorum
Explicata iure ꝯsulti uerba.ad gladiũ parati
Gladiatoruꝫ origo.abacti boues

Afferet:aut laxis abiget iumenta capistris:
Aurea secura cum pace renascitur ætas.

fraxinus arbor est insiluis pulcherima ut inquit maro in bucolicis cuius materies ad plurima utilis est hæc arbor multum homeri preconio et acchillis hasta nobilitatur ut scribit plinius libro.xyi.naturalis hystoriæ:unde sæpiꝰ fraxinum pro hasta inuenimus apud poetas:oui.in xii.metha.ferrataq; collo fraxinus:ut casu iacuit resupinus.adacta est:ab eodem fraxinea hasta appellatur ,ut pote ex nobiliori ligno:scribit. pli.fraxinum quæ fit in ida troadis ,in tantũ citro esse similem ut ementes fallat cortice ablato:illud mirum tantã esse uim eiꝰ contra serpentes ut si frõde ea gyro claudatur ignis et serpens.in ignem potius quam in fraxinuꝫ fugiat serpens :inuenio apud eundem Plinium bumeliam in macedõia uocari fraxinum amplissimam lentissimamq; ideo quoniam a grecis μελια fraxinus dicitur et μελιγ οσ fraxinus et quia bu greci magnis et amplis rebus præponere consueuerunt a magnitudine.s.bouis/unde.et bulimam magnam famem nuncupant ,ita bumelia amplissima fraxinus dicitur ab excelsitudine quod omnes supereminead :corruptus est pompei codex in hac dictione, ubi mare scãficum per mariscam ficum passim legiẽ: illius sunt uerba bulimam greci magnã famem dicunt ,assueti magnis et amplis rebus præponere bu ,a magnitudine scilicet bouis,quod grandes pueros bupedas.appellant,et mare scanficum busicon,tu ibi lege et mariscaꝫ:bussicon:est enim marisca ex ficis magnitudine enormi, sed inferiꝰ plenius de ficorum generibus dicemus:Scribit Plinius libro uigesimo quarto naturalis hystoriæ Semen quod inest foliis fraxini mederi iocineris & lateris doloribꝰ in uino,& aquam quæ subit cutem extrahere cum foliis Scilicet corpusque obesum leuari o/nere ad maciem sensim: Prædator.diciẽ illæ qui præda & rapina uiuit græce ληστης prædo appellatur,& ut scribit,iureconsultus de uerborum & rerum significatione hostes sunt qui nobis aut quibus publice nos bellum decreuimus,cæteri latrones ,aut prædones sunt:præda ut scribit Varro libro primo de lingua latina,dicta est ab hostibus capta quod manu parta ut parida præda:præmiumq; a præda dici uoluit:Templum iouis prædatoris fuisse legimus quod aliquid ei ex præda capta deberetur.ut mos fuit apud romanos partem prædæ deuouendæ:ad quod alludere uidetur Cicero libro quinto Verrinaꝝ ita inquiens quibus ex hostium spoliis de qua uictoria qua ex præda,aut manubiis hæc ab te donatio constituta est:Est autem differentia maxima inter prædonem ,& peculatorem:nam peculator dicitur qui facit furtum pecuniæ publicæ ut docet asconius pediãus prædo ãt ex quacũq; præda:Cicero libro secundo Verrinaꝝ accusationũ depeculatoreꝫ ærarii uexatorem asiæ atq; pamphiliæ:prædonem iuris urbani labem atq; ꝑniciem ꝓuinciæ Scciliæ. Ouilia.dicuntur stabula ouium:Virg.in Tytiro illius aram sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus:græce μοιμνη ouile dicitur:Scribit Colu.libro octauo rei rusticae stabula frequenter esse euerrenda & purganda humoremq; omnem urinae deuerrendum esse qui cõmodissime ficatur perforatis tabulis quibꝰ ouilia cõstruunẽ:ut grex supercubet:fuit etiã ouile locus in cãpo martio prope aedem isidis ut docent strabo liuiꝰ & cæteri scriptores.Iuue.sat.sexta,calidaq; petitas a meroe potabit aquas ut spargat in ædeꝫ isidis antiquo quae proxima surgit ouili, Abiget abigere est armenta ex pascuis subtrahere & depraedari ut notatur digestis de abigeis,libro.xlyii: lege prima cuius hec sunt uerba Abigei auteꝫ proprie hi habentur,qui pecora ex pascuis,uel armẽtis subthrahunt & quodamõ depredãtur & abigendi studium quasi artem exercent equos de armẽtis uel oues de gregibus abducentes ceterum si quis ouem oberrantem uel equos in solitudine relictos abduxerit non est abigeus sed fur potius sed & qui porcum uel caprã uel origem(ita enim legendum est non herbicem)abduxerint non tam grauitet ꝗ qui maiora animalia abigunt plecti debent:abigei cum durissime puniuntur ad gladium dãnari solent quam pœnam utlucidius intelligas scito nihil aliud esse ad gladium damnari ꝗ parati ad gladiaturam ad quam sontes & damnati destinabantur ut inde romani spectatores in praelia ituri minus gladios & arma timerent assueti spectaculis ut docent qui de institutione gladiatoꝝ tradiderunt ad gladium tamen parati sunt qui ad pœnam ca

pitalem interpretetur a quibus non ego dissentio. Abacti boues dicuntur subtracti & abducti: Ausonius pretiumq; imponis abactis bobus Et in partem scelerum de iudice transis: Cicero in oratione contra pisonem, uectigalia nostra perturbarunt, urbes cœperunt, uastarunt agros, socios nostros in seruitutem adduxerunt, familias arripuerunt, pecus abegerunt: idem in Tertio Verrinaꝝ, præterea greges equaꝝ eius abigendos curasse: abactores iidem appellantur qui abigei. Apuleius libro septimo de Asino aureo, abactorẽ indubitatum, cruentumq; percussorem criminantes, ad casas interim suas uinctum p ducunt: crimen ipsum abigeatus dicitur: Scribit firmicus martem & lunam in aquosis proprie signis constitutos pecorum abactores efficere. Iumenta. quæ a iuuando dicta sunt, ut scribit Columella libro septimo, cuius uerba suppolsui: nec tamen ulla regio est, in qua modo frumenta gignanẽ quæ non ut ouium ita armentorum adiumento iuuetur: unde etiam iumenta nomen a re traxere quod nostrum laborem uel onera subuectando, uel arando iuuarent: Scribit tamen iureconsultus de legatis tertio iumentis legatis boues non contineri & de uerborum significatione ait Pomponius armentorum nomine magis boues contineri, q̃ iumẽtorum: græce iumentũ κτῆνος dicitut. Laxis capistris. uel dissolutis uel ob longitudinem lentis, ut possint deduci: a capistro fit capistratus: Ouidius. Inq; capistratis tygribus alta sedet: & uerbum capistrari, Plinius, Si inter arbores uitesq; aratur fiscellis capistrari ne germinum tenera præcerpantur. ubi capistrari, pro implicari, & impediri positũ

> Et redit ad terras. tandem squallore situq;
> Alma themis posito. Iuuencq; beata secuntur

Abacti boues.

Abactores iidem apelantur q abigei.

Abactores

Abigeatus

Iumenta unđ

In iumentis boues non contineri.

Capistratus

Capistrari

Locus plinii.

Aurea ætas. Aduentat inquit ætas illa: quæ iam regnante Saturno altrix placida mortalium fuit, omniaq; dira & scelerata abeunt: aurea ætas dicta est illa, quæ sub rege Saturno pomis & fructibus homines aluit: Ouidius in. xv. Meth. at uetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen, fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis fortunata fuit: Hesiodus in primo geo rg. aurea primum sæcula dii superi totum sparsere per orbem. Tempore quo cœli imperium Saturnus habebat proxima successit terris argentea ptoles auro deterior, sensuq; & moribus impar (ut idem est auctor) Tertia post illam successit ænea p les: quarta fuit soboles melior cui plurima toto iustitiæ herebant animo præcepta uerendæ diuinum genus heroum primumq; uocari, semidei immensos illi potuere per orbes: Quinta ætas ferrea fuit tempore ipsius hesiodi ut idem asserit ferrea nunc ætas quam curæ & mille labores nocte dieq; premunt: huic successura erat, plumbea moxq; terrea quam ultimam omnium existimauerunt: & hoc ut distinctionem ætatum quam prisci fecerunt, intelligas. Secura pace. quæ homines securos facit: sicut pallida mors pallentes morbi & tristis senectus, q; homines pallidos, & tristes faciant: ab ouidio pax candida dicitur candida pax homines: trux decet ita feras: pacis autem templum fuisse romæ notũ est uel hoc satyrographi carmine. nullas nummorum erreximus aras, ut colitur pax atq; fides hoc confectum flauii Vespasiani impensa & opere: auctores sunt Suetonius in uita flauii, & Iosephus de bello iudaico. Renascitur. quoniam ante fuerat, Sed postea desierat sic Virgilius in pollione, Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna, Iam noua progenies cælo demittitur alto. Et redit ad terras. quoniam abierat cum filiabus. Sq̃llore situq; alma themis posito. signa sunt mesticiæ, squallor & situs, unde rei squallidi proprie appellantur: Quintilianus libro sexto non solum autem dicendo sed etiam faciendo quædam lachrymas mouemus unde & producere ipsos qui periclitentur squallidos, atq; deformes & liberos eorum, ac patentes institutum: Gellius libro secundo noctium atticarum quicquid igitur nimis inculcatum obsitumq; aliqua re erat ut incuteret uisenti bus facie noua horrorem. id squallere dicebatur, sic in corporibus incultis squammosisq; alta congerie sordium squallor appellabatur, cuius significationis multo assiduoq; usu totum id uerbum ita contaminatum est, ut iam squallor de re alia nulla q̃ de solis inquinamentis dici cœperit: fulgentius libro primo Mythologicon, squallebat uiduus sulcis ager & herbidis sentibus oliuifero uertici minabatur.

Autea ætas.

Argentea ætas.

ænea ætas

Quarta ætas

Terrea ætas

Plumbea ætas

Terea ætas

Secura pax

Templum pacis.

squallidus

squallor.

Themis. Themis. Dea fuit in maximo honore apud rõanos in cuius tutela fas depositum esse putabant immo eam id esse existimabant quod fas est ut auctor est Pompeius: hanc deã

Themis fati loqua — futurorũ praescientia Iovi antistare caeteros auctor est Lucianus, cuius oraculi sedes fuit in monte parnasso? unde dictum est ab Ouidio libro quarto meth. Themis hanc dederat parnasia sortem, quoniam ibi frequentabatur: Hesiodus in Theogognia scribit The

Locus ouidii

Themis iouis coniunx — min iouis coniugem fuisse ex qua natae sunt iusticia, lex & pax: huius etiam fit mentio a Lactantio libro primo diuinarum institutionum his uerbis abstinuit se tamen una Thetide q responsum fuit maiorem patre suo futurum quisquis ex illa natus esset & primum in eo prudentia non defuisse: cui iussi Themis futura dixisset ipsae nesciret.

Saecula maternis causam qui lusit iulis.
Dũ populos deus ipse reget: dabit ĩpia iũct as
Post tergum bellona manus spoliataq telis

Alma ab alendo. — Alma autem ab alendo dicta quod fas & iusticia omnia alant: ita alma ceres a Virgilio dicta q homines alat, & almus dies: a nasone alma uenus q omnibus almoniam rebus praestet: & ab Apuleio in quarto de Asino Aureo quoniam principium omnium rerum existimetur.

Alma uenus

Germanicus — Maternis causam qui lusit iulis. Germanicum intelligit cui dicauit Ouidius fastos suos quos cum causis inscripsit ut patet in principio sui operis. Tempora cum causis latium digesta per orbem, lapsaq sub terras ortaq signa canam excipe pacato Caesar germanice uultu hoc opus & timidae dirrige nauis iter: Fuit autẽ germanicus hic. C. CALigulae pater, drusi & iunioris antoniae filius, a TYBerio patruo adoptatus, ut refert suetonius in uita cai CALigulae, uir adeo Romano Populo gratus, ut cum piso aegrum illum propter uenenum subministratum grauissimis uerborum, ac rerum acerbitatibus nullo adhibito modo affecisset, pene in reditu a Populo Romano discerptus sit, capitisq damnatus: de beniuolentia erga illũ populi Romani uel ex his suetonii satis constat: sic uulgo fauorabilis, ut plurimi tradant, quoties aliquo adueniret uel sicunde discederet, prae turba occurrentium, prosequentiũue, nonnũq eum discrimen uitae adiisse: E germania uero post compressam seditionem reuertenti praetorianas cohortes uniuersas prodiisse obuiam, quamuis pronunciatum esset, ut duae tãmodo exirent, populi autem Romani sexum, aetatem, ordinem omnem, usq ad uigesimũ lapidem effudisse se: Germanici dicti plures sunt imperatores: a germania deuicta: unde legimus Domicianum germanici nomen assumpsisse, septembremq mensem & octobrem ex appellationibus suis germanicum, Domitianũq transnominasse, auctores sunt suetonius in domitiano, & Macrobius in primo saturnaliũ, hoc nomen a Traiano etiam sumptum est, ut testatur plinius in panegyrico.

Causae fastorum libri

Beniuolẽtia populi to. erga germãicũ

Germanici unde

September germanicus

October domicianus

Traianus germanicus — Maternis iulis. alludit ad stirpẽ maternã ipsiꝰ germãici, cuiꝰ mater fuit Antõia octauiae Augusti sororis ex ãtõio filia & ex iulii caesa. plapia: & potes itelligere q lusit cãs matnis Iulis hoc ẽ fãiliae Iulioꝝ in cuiꝰ hõrẽ fasti descripti fuere: seu ad oui. seu ad suos ꝓprios germanici alludat. fuit. n.

Ingeniũ germanici poe. — ingenio poetico preditus ut scribit suetonius ut qui causas orauit etiam triũphales atq inter cetera studiorum monumenta reliquit et comedias grecas: cui subscribit ouidius libro primo fastorum Que sit enim culti facundia sensimus oris ciuica pro trepidis cum tulit arma reis: scimus et ad nostras quum se tulit impetus artes ingenii currant flumina

Iulus lanugo — quanta tui iulum autẽ & iulos appellamus lanuginem illam qua primuꝫ genae uestiũtur unde et iulios denominatos uolunt: seruius super eo uirgiliano in primo aeneidos Cui

Iulius unde — nunc cognomen iulo additur: scribit Victo Mezentio ascanium esse ceptum iulium uocari a prima barbae lanugine quae uictoriae tẽpore illi nascebatur: cũ ascanius ab ascanio phrygiae fluuio ãte cognominaretur: iuli a plinio lib. xvi. naturalis historie uocãtur corylli fructus compactiles ut panicule breues in quibus est semen inclusum. illius sunt uerba ferunt et auelane iulos compactili callo ad nihil utiles

Ascanius

Iuli qui sint ap plinium — Maternis iulis quoniam multa in fastis in laudem iuliorum recẽsentur ouidius in quarto fastorum uenimus ad felix aliquando nomen Iuli Vnde domus teucros iulia tangit auos:

Iulius mensis qui antea quintilis uocabatur in honorem Iulii caesaris dictatoris legem ferente. M. antonio Marci filio consule Iulius appellatus est quod hoc mense ad quartu3 Idus quintilis iulius procreatus fit:ut scribit Macrobius libro primo saturnalium:& Suetonius in dictatore: Dum pupulos deus ipse:sensus est dum Augustus princeps imperabit terris bella quiescent:& dea bellona morsus contra semet conuertet: non ulterio contra populos omniaq; ad pacem & tranquillitatem redi gentur: Deus ipse princeps Augustus Impia bellõa quae bella minime pia exercet:ē āt Bellona dea quae bellis praeē eadem ꝑ pallas . ut patet ex his ouidianis uersibus libro secundo metha. uertit ad hanc torui dea bellica lūinis orbes, Et tāto penitus traxit suspiria motu Vt pariter pectus positamq; in pectore forti aegida concuteret :Luca. in septimo Sanguineum ueluti quatiens bellona flagellum Bistonas aut mauros agitans si uerbere saeuo:Palladia stimulet turbatos aegide currus:de hac meminit Petronio arbiter:At ꝯtra sedes herebi qua rupta dehiscit emergit late ditis chorus:horrida erynnis. Et bellona minax.facibusq; armata maegera.Silius in quinto ipsa facem quatiens ac flauam sanguine multo.sparsa comam medias acies bellona peterrat.Bellona a bello dicta est nunc quae duellona a duello:ut scrit Varro libro primo linguae latinae. Antiqui eni3 duellum bellū dixerunt,quod duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur:inde & perduellio qui pertinaciter retinet bellum perduelles quoq; hostes uocitarunt:Plautus in amphitrione.perduelles penetrant se in fugam,ibi meis animis aditus est Vortentibus telobois Crimen perduellionis apud iure consultos est idem quod lesae maiestatis:ut si quis ad hostes confugerit,uel hostes quoquo modo iuuerit:Sed sicuti haec dea multis praest rebus ut armis lanificio ingenio ita urbium praesidit 3 putatur unde a graecis ασ̄τικουσ̄κ appellatur propter quod protulit catullus qualemcūq; quod o patrona uirgo plus uno maneat perenne saeclo ubi patronam uirginem non musam non melpemone3 intelligit poeta sed palladē ingenio fauente3 sicuti urbibus praesidentem graece enim asticusi idest patrona appellatur quoniam ciuitatibus patrocinatur:unde dictum est a marone in alexi pallas quas condidit arces ipsa colat: Scribit Macrobius libro primo saturnalium minieruam esse uirtutem solis quae humanis mentibus prudentiam subministret. ideoq; hāc deam iouis capite prognatam memorari quoniam de summa aetheris parte orta sit ūde origo solis est:Fulgentius libro secundo mythilogicon de uertice iouis natā putat dici qr ingeniu; in cerebro positum sit:ideo armata3 ,quod munita sit:ideo huic gorgona in pectore addi, quasi terroris imaginem ut uir sapiens terrorem contra aduersarios gestet in pectore:ideo cristatam & galeatam poni ut sapientis cerebrum & armatum sit:& decorū longa hasta ideo praeditam quod sapientia longo uerbo percutiat: Iunctas manus lego uinctas a uinciendo sic Virgilius in primo aeneidos Et centum uinctus ahenis post tergum nodis fremet horridus ore cruento:uidetur aute3 alludere ad fores templi iani quas romani tempore belli aperiebant pacis uero claudebant :unde clausius & patulicus iano ipse dictus est a clausis & patentibus portis:ouidius libro primo fastorum: Nomina ride bis modo namq; patulcius idem et modo sacrifico clausius ore uocor:Scilicet alterno uoluit rudis illa uetustas nomine diuersas significare uices:Aperiendi autem uel claudendi templum ratio haec fuit Romulo contra sabinos pugnante cum iam uincerētur romani calidam aquam ex eo loco scaturisse dicunt a qua sabini fugati sunt.hinc ergo mos deductus ut pugnaturi templum aperirent in eo loco constitutum ad spem pristini auxilii Alii dicunt Romulum & tatium hoc templum icto iam foedere edificasse propterea; ianum duas habere facies quasi ostendat duorum regum coitionem.auctor seruius & macrobius scribit idem macrobius in primo saturnalium Miticos refferre iano regnante omnium domos religione ac sanctitate fuisse munitas iccircoq; ei diuinos honores esse decretos et ob merita introitus & exitus aedium eidem consecratos.

In sua uesanos torquebit uiscera morsus
Et modo quae toto ciuilia distulit orbe
Secū bella geret. nullos iā Roma philippos
Deflebit nullos ducet captiua triumphos

Iulius mensis unde
Bellona pal.
Bellona
Duellona
Duellum
Perduellio
Perduelles
Crimen perduellionis
Crimen laese maiestatis
Minerua multis praeē rebus
Asticusi minerua
Locus catulli
Locus uirgi.
Minerua io lis uirtus
Cur minerua ex capite iouis aedita
Ingenium in cerebro
Quare armata pallas
Cur galeata
Cur hastata
Vinctus
Iani templu3
Clausius Ianus Patulcio
Rō claudēdi & aperiendi templum
Quare iano bifrons

Ianus sol

Ianum quidam solem demonstrari uolunt & ideo geminum quasi utriusq ianuæ celestis potentem qui exoriens aperiat diem occidens claudat: portæ iani clausæ sunt regnante augusto cum pax esset facta cum parthis & bella toto orbe cessarūt auctor paulus orosio in primo scribit Suetonius ianum quirinum ab augusto ter clausum fuisse quod docet philipus Beroaldus preceptor meus ter legendū esse non tertio, a quo uelut fōte perenni multa emanarunt, emanantq quotidie doctrinarum condimenta: sed de ipso pauca, ne illum ingenium suum diuino dono aureum, meis obolis ditare contendam ut inquit augustinus scribens ad hyeronimum:

Locus suetonii.
Philippus Beroaldus.

Omnia tartareo subigentur carcere bella.
Immergētq caput tenebris, lucemq timebūt.

Spoliata telis: quæ illi de manibus eripientur cessante discordia: Torquebit in se met rediget & conuertet Suos morsus: morsu se lacerās: quoniam armis priuata erit

Væsanus
Vægrande
Væcors
Veiuppiter
Væparticula

Vesanos stultos & male sanos: pompeius uægrande significat male grande, & uecors mali cordis: uesanus male sanus: Gellius libro quinto noctium atticarum, ueiouez appellauerunt dempta atq detracta iuuandi facultate: ue: n: particula quæ in aliis atq aliis uocabulis uariatim per has duas litteras cum. a. littera media immissa dicitur duplicez significatum eundemq inter se diuersum capit: nam & augendæ rei, & minuendæ ualet, sicuti aliæ particulæ propter quod accidit ut quædam uocabula, quibus particula ista præponitur ambigua sint & utroq uersum dicātur: uæscum uæhemens, & uegrande de quibus alio in loco uberiore tractatu admonuimus: uesanos autem & uecordes ex una tantum parte dici quæ priuatiua est quam græci στερητικον μοριον idest priuatiuam patriculam dicunt: In sua uiscera in interiora corporis: uiscera ut scribit seruius super eo loco uirgilii in primo æneidos, Tergora deripiunt costis & uiscera nudant: nō intestina tantum sed omnis caro sub tergore est: unde in albano latinis uisceratio dabaē idest caro: nominatiuus est hoc uiscus: Et modo quæ toto sensus est: bella ciuilia quæ dispalauit pridem per totum orbem secum geret cessante furore ciuili: distulit dilarauit, & propagauit: differre modo significat spacium temporis dare: ut apud uirgiliuȝ in sexto distulit in seram commissa piacula mortem: modo diffamare & duulgare ut apud lucilliū libro. xxix. gaudes cum de me ista foris sermonibus differs: & apud uarronem de uita patrum libro tertio, Si modo ciuili concordia exequi rationem præter rumores fama differaht, licebit nos quoq carpant auctor marcellus: Toto orbe quia pugnante cæsare & pompeio, pene totus mundus conflixit hinc & illinc pompeio uel cæsari deuoti unde cecinit Lucanus in septimo segnis pauidusq uocatur, ac nimium patiens soceri pompeius & orbis indulgens regno qui tot simul undiq gentes iuris habere sui uellet pacemq timeret, Apud queȝ ita conqueritur pompeius: quantuȝ scelerum quantumq malorum in populos lux ista feret: filius in tertio decimo de cæsare & pōpeio loquēs quātas moles cum sede reclusa hac tandem erumpent terraq mariq mouebunt heu miseri quotiens toto pugnabitur orbe: ad quod respiciens petronius arbiter ita cecinit, Alta petit gradiens iuga nobilis appennini unde omnes terras atq omnia littora posset accipere: & toto fluitantes orbe cateruas: Nullos deflebit rōa ph. sensus est: nulla erunt bella ciuilia in philippicis campis sicuti antea fuerunt ut ob cladem & ingentem romanorum stragem dolenda sint orbis parentibus: philippi ciuitas est thessaliæ in qua primo cæsar & pompeius, postea augustus & brutus cuȝ cassio dimicauerunt: uirgilius in primo georgicon, Ergo inter sese paribus concurrere telis: Romanas acies iterum uidere philippi: petronio arbiter Cerno equidem gemino iam strictos marte philippos: et Luca. in fine septimi de philippis meminit his hesperiæ clades & flebilis unda pachini Et mutina & leucas puros fecere philippos: a philippo autem macedonum rege & eius cōditore philippi dicti sunt & ab his philipense bellum quod in his gestum: Suetonius in augusto, bella ciuilia quinq gessit, mutinense, philippense, perusinum, siculum, actiacum.

Viscera
Visceratio in albano.
Viscus
Differre.
Totus mundus conflixit ꝛ cæs. & pō.
Philippi.
Philippi unde.
Philippēse bellum.

Deflebit ualde flebit. quoniã innumeri ciues illa clade perierunt: unde dictum est a lucano Quæ seges infecta surget non decolor herba, Quo non romanos uiolabis uomere manes. Ducet captiua triumphos. idest nulli captiui romani ducentur in triumphum romanum, sicuti tempore uictoriæ cæsaris a quo scipio & pompei filii deuicti in triũphum deducti fuere cum de ciue romano nephas esset triumphare: & hic fuit nouissimo ipsius cæsaris ut auctor ẽ suetonius qui hispaniensis dictus est, quoniã in hispania pompeii filii deuicti fuere ut scribit plutarchꝰ in uita cæsaris hoc ultimũ a cæsare gestum bellũ de quo cum triumphũ ageret dolore per maximo romanuȝ afflixit populuȝ: non enim exteros ab eo duces aut barbaros in eo debellatos reges ait quum optimi uiri, & certe romanorum præstantissimi filios ac stirpem per quosdam fortunæ successus funditus delesset, inter patriæ miserias pompas ac triũphuȝ actitaret quibus in rebus exultare iniquissimum erat: Captiua pro ipsis captis. dicitur autem roma captiua quoties de suis triũphatur ciuibus: horum magnam turbam a cæsare interfectam author est plutarchus: captiui dicuntur qui in bello capiuntur: unde captiui plautina inscribitur fabula ex duobus illis captiuis in prælio interceptis. uirgilius in secundo æneidos quid ue ferat memoret, quæ sit fiducia capto: Subigentur domabunt. & uincentur: Subigere enim significat superare & sub ditiõe habere ut apud uirgilium in primo æneidos Ternaq; transierint rutulis hiberna subactis, itaq; hic accipitur: alias subigere acuere, ut apud uirgiliũ in. xii. æneidos subiguntq; in cote secures, modo exercere, & mollire. ut apud ciceronem libro secundo de oratore. subacto mihi ingenio opus ut agro nõ semel arato, sed nouato author marcellus: Subigere aliquando in obscenum significatuȝ accipitur: unde iocus ẽ sutoris cuiusdam interogati a planco quo se artificio tueretur: gallam subigo quod nõ infacete in adulterii exprobrationeȝ ꝯuertit cũ sutoriũ instrumẽtũ intelligeret auctor ma. lib. ii. satur. Tartareo carcere inferna ꝓfũditate: sũt. n. tartara ut inqt ser. sup eo uir. bis nigra uidere tartara: loca inferoꝝ ꝓfundissima: plato in. iiii. de flũinibꝰ ap̃ inferos q̃ sint in his unuȝ tartarꝝ appellat: a tartaro fit tartarinuȝ ut corpore tartarino ꝓgnata pallud uirago & tartareꝰ ut ap̃ ualeriũ flaccuȝ tartareo tũ sacra ioui: tartari aũt origo græca est auctore Marco uarrone li. ter. de lingua latina hoc plurimi carcereȝ inferorum appellauerunt: uñ dictũ est a tertulião in apologetico, in imum tartaꝝ demerserit q̃m carcereȝ pœnaꝝ infernaꝝ cuȝ multis affirmatis: đ tartaro fit mentio ab apuleio li. sexto đ Asino aureo his uerbis nam si spiritus corpore tuo semel fuerit seiugatus ibis quideȝ ꝓtecto ad imuȝ tartaꝝ, sed iñ nullo pacto redire poteris: Bella a beluis dicta sunt quia beluaruȝ sit ꝑniciosa dissẽsio. antiq duellatores dxñt, & bellatores duellatores: Plautus in captiuis ualete iudices iustissimi domi belliq; duellatores optimi bellum aliqñ dicitur elegans & prudens auctore marcello: a bello fit bellicosus, quem bellosum antiqui dixerunt cecilius tantum, bellum suscitare conari aduersarios contra bellosum genus, & bellator & bellatrix. claudianus de nuptiis honorii, stent bellatrices aquilæ seuiq; dracones: immergent ingurgitabunt sese mergere enim est sub aquis se immittere unde mergi aues q; se mergant sunt appellati in aquaq; captẽt escã, auctore uarrone: immergere significat intus mergere, sicuti immittere intꝰ mittere: Lucemq; timebunt non audebunt ante ora mortalium profere se, sed tenebris obducta latebunt: Candida pax aderit sensus: est depressis bellis ac longe fugatis omnia quieta cuncta pacis erunt candore referta non simulata pace, quemadmodum ante expugnato hoste externo ciuilia excreuerunt bella: sed candida & pura, nulloue maculata liuore: Candida pax uel sincera & plura uel albo colore culta. & ueste candida: nam ut inquit plutarchus in problematis, solum album sincerum ac purum & minime inquinatum est: fidem quoq; cultam manu albo pãno in uoluta refert seruius, ut ostendat fideȝ esse debere secretã ad hoc alludens:

Nefas de ciue tomano triumphare
hispaniensis triumphus

Candia pax aderit. Nec solũ candida uultu:
Qualis sæpe fuit: quæ libera marte profuso
Quæ dõitto ꝓcul hoste tam̃ grassãtibꝰ armis
Publica diffudit tacito discordia ferro.

Roma captiua
Captiui
Subigere
Subigere in ob scenum significatũ
Gallam subigo
Galla
instrumentũ sutorium
Tartara
Tartarum
Tartarinum
Tartareus
Bella unde
Duella
Duellatores
Bellum ellegans
Bellicosus
Bellator
Bellatrix
Mergere
Mergi unde
Immergere
Immittere
Candida pax
Album sincetum et purum
Fides debet esse secreta

Locus Iuue. Aræ ab atticis paci constitutæ Tēplū pacis

Iuuenalis uidelicet quod uno eodemq; modo coleretur eas coniunxit ita scribens satyra prima/ Vt colitur pax atq; fides:uictoria/uirtus:olim paci aræ publice sunt factæ ab atticis eiq; deæ puluinar institutum cum lacedemonii ab atheniensibus pacem reposcerent & in mari duces essent: Author æmilius probus in timotei uita: Templū pacis foro proximum fuit ut scribit Suetonius, de quo ait martialis Limina post pacis palladiumq; forū

Locus petronii arbitri

ad pacem alludens petronius arbiter q̄ niueo colatur panno & manibus alba ueste indutis ita reliquit. Pax prima ante alias niueos pullata lacertos: Abscondit galea uictum caput atq; relicto orbe fugax ditis petit implacabile regnum.

Omne procul uitium simulatæ cedere pacis,
Iussit:et insanos clementia condidit enses.

Libera marte profuso soluta a bellis exteris, unde occasio data ciuilibus plerumq;:ocia enim ciues sæpe ad discordiam excitarunt quod nunquā apparuit romanis cum exteris bella gerentibus quandoq; etiam inter se discordes romani hoste interueniente aliquo inter se reconciliati sunt ut legimus apud liuium plutarcū & cæteros scriptores hinc carthaginis diruptionem auertebat scipio sciens donec foris essent hostes nullam intus dissensionem interuenturam: iuuenesq; ita exercitatos futuris hostibus timori fore nam ut scribit uegetius libro secundo de re militari, ii tumultum precipue mouere solent qui in sedibus ociose, delicateq; uixerunt, nam asperitate insoliti laboris offensi quem in expeditione sustinere necesse est præterea metuētes prælium qui armorum exercitia declinant ad huiusmodi præcipitāt audaciam:

Ocia causa bellorū ciuiliū Sētētia scipionis ne euerteretur carthago Ociosi Seditiosi Diffundo Fundo

Diffudit ualde fudit, hoc est sparsit/& dilatauit & est præteritum a fūdo.n.enim ante do habentia o in i mutāt in præterito perfecto & si ante.n.u.uel.i.habuerint amittunt.n.ut fundo fudi.& scindo scidi: Auctor priscianus libro decimo: Publica discordia odia ciuilia:& est accusatiuus pluralis sicuti apud uirgilium in secundo æneidos atq; ora sono discordia signant: catholica sentētia est illa salustiana concordia paruas res crescere discordia maximas dilabi qđ repetitum est ab orosio libro secundo his uerbis, uerum tamen sapientissimi omniū athenienses/etiam suis malis satis docti concordia minimas res crescere/ discordia maximas labi cunctaq; uel bona/uel etiam mala/quæ foris geruntur, internis esse radicata & emissa principiis domi abstersere odia/& foris bella presserunt: hinc dictū est a petronio arbitro factum est in terris quicquid discordia iussit: Apud eundem poetam talis est discordiæ descriptio: huius in ore concretus sanguis, contusaq; lumina flebant, stabant irati scabra rubigine dentes/ Tabo lingua fluens: obsessa draconibus ora: Antiqui discorditatem p discordia dxn̄t auctore marcel. pacuuio in hermōa q̄tāq; ex discorditate cladē iportē familiæ grꝗ. Διχομοια ν discordiā appellant Διακωμον discordem: Tacito ferro paulisper gescenti i; mox euaginādo .i. quia tacite serpit discordia: Oē simul uitiū sensus est: ipse Aug. simulatā pacem longe discedere iussit:& omnia conciliata reddidit: dixit autem uitium simulatæ pacis/quia quotiens res aliqua bona deteriori additur/& cum ea miscetur dicit uitiari ut unguenta & cætera quæ adulterantur ex falsis & surdis ūguentis: sic & pax commixta cum simulatione, cū non sit pura candida & ex natura sui/dicitur uitiata: Persius satyra tertia hæc calabrum coxit uitiato murice uellus: uitiare aliquando est stuprare & pudiciciam imminuere/ut apđ plautum in aulularia liconides istius uitiat filiam: Terētius in eunucho uirginem quam heræ dederat dono miles uitiauit:

Ora discordia Concordia parue res crescunt Discordiæ descriptio Discorditas Discors

Yngventa uitiantur Pax uitiata Vitiare

Insanos enses. pro ipsis insanis qui fratri nato parētiue nō pepercere: uñ dictum est a lucāo libro tertio pharsaliæ ille locus fratres habuit locus ille parentes: Scribit appianus libro secundo in prælio pharsalico illo quod gestum est inter pompeium & cæsarē, ciues simul cognatos amicos/nonnullosq; fratres concertasse in illaq; pugna ex parte cesariana equestris ordinis ad quadraginta ex illustrioribus/& ex reliquo exercitu quinq; supra uiginti millia cecidisse, ex parte pompeiana sex millia solum interiisse Clementia legendum est dementia ex antiquis codicibus.

Bellum pharsalicum Numerus pemptorū in pharsalicis campis.

Nulla cathenati ut fuit mario romam repetēte/ qui nulli pepercit nā ut scribit plutar/ Signū qđ
chus in eius uita signum dederat uti omnes occurentes, quos ipse non salutabat & om/ dederat
nes quorum saluti non responderet, in uiis necarent. de qua re lucanus in secundo/ Nobi Marius.
litas cum plebe ruit/lateq; uagatur ensis. & a nullo reuocatum est pectore ferrum: idem
paulo mox Saeua tribunitio maduerūt robora tabo: uel referas ad syllae facinus nam ut
scribit appianus in primo de
bellis ciuilibus/ senatores om/
nes qui cum mario preneste
bella gesserunt/ partim inter/ Senatores
fecti sunt/ partim in uincula interfecti.
coniecti quos Sylla aduensēs
interfecit ad unum: potes &

Nulla catenati feralis pompa senatus
Carnificum lassabit opus nec carcere pleno

ad hoc referre quod scribit suetonius in augusto/ quare caeteri & in his: M. Fauonius illae
catonis aemulus quum cathenati producerentur imperatore antōio honorifice salutato
hunc foedissimo conuicio coram ꝓciderunt/ quod accidit philipense post bellum/ quod Cathenati
gestum est contra brutum & cassium: Cathenati senatus. idest cathenis uincti cathena/ labores.
ti labores appellantur ab epigrammatario quadam serie cōnexi & continui ut cathena il Feralis
lo uersu in primo. expectant curiaeq; cathenatiq; labores: Feralis pompa. lugubris & di/ Feralia
ra: & dicitur proprie funeralis hoc est quae corpori humano exhibetur: unde & feralia festa
quae fiebant in honorem mortuorum. sicut apud nos die quot annis illis dedicato. de se
talibus ouidius libro secundo fastorum: hanc quia iusta ferunt dixere feralia lucem ulti/ Feralis pom/
ma placandis manibus. illa dies: Feralem pompam funeralem itaq; appellauit. L. Apu pa
leius libro octauo de asino aureo his uerbis funus uero toto feralem pompā; prosequē/ Feralia offi/
te populo deducitur ad sepulturam ab eodem feralia officia nuncupantur exequialia li/ cia
bro nono/ ob hoc ita ferales cupressos dixit uirgilius in vi. quoniam exequiis sunt dicatae Locus uirgi.
ut suo dicemus loco: Carnificum opus carnifices appellantur hominum tortores & oc/ Carnifices
cisores: quos lingua uernacula boias uocant a bois fortasse inectendis: Suetonius in Boiae
nerone uiginti uno die abiecti tractiq; inter eos pueri & feminae immaturae puellae: quia
more tradito nephas esset uirgines strangulari uiciatae prius a carnifice dein strāgulatae
carnifex a graecis Δημιοσ dicitur/ carnificina uero est locus ubi trusidantur homines: Carnificina
Suetonins in tybeno/ carnificinae eius ostenditur locus capreis unde damnatos per lon Carnificinaȝ
ga & exquisita tormenta praecipitari corā se in mare iubebat: carnificinam facere signifi facere
cat officium carnificis exercere: plautus uel carnificinam hunc facere possū perpeti: apud
eandem putat amator in cistellaria primum amorem carnificinam comentum apud
mortales fuisse: carnifices epulae dicuntur a claudiano/ quae uelut carnifex hōinem excru/
ciare solent ueneno illis commixto. ita enim inquit in gildonem: Locus claudi
❡Fixus quisq; toro tacita formidine libat ani
❡Carnifices epulas incertaq; pocula pallens Lassus
❡Haurit & intentos capiti circūspicit enses: Delassatus
❡Lassabit lassum reddet. Iuuenalis satyra sexta: ❡Et cedit donec lassis cedentibus exi. Lassitudo
Intonat horendum / lassum enim appellamus/ fessum & nimio labore depressum: Sta/
tius in primo siluarum/ lassum steropem brōtemq; reliquit: delassatus etiam dicitur ualde Carcer
fatigatus: plautus in asinaria, ibi labore delassatum noctem totam stertere: & lassitudo
ipsa defatigatio: Plautus in captiuis quanta callo calamitas quanta laniis lassitudo quan
ta ꝓporcinariis. Carcere pleno carcer ut scribit liuius libro primo in media urbe Robur
imminēs foro fuit ab anco martio romanorum rege aedificatus ubi ciues inclusi detine/ Locus plauti
bantur/ & ut plurimum necabantur/ ex robore precepitati. qui locus est in carcere ex quo Locus apu.
sontes detrudebāt ad necē: uñ dictū est a plauto in curculiōe loqēn te cappadoce lenone Loco lucretii
ego uos ābo in robusto carcere ut peatis minitāte suppliciū illud carceris. iñ est illd Apu Locus iuue.
leianū o miꝝ cōmentū o scelus dignum carcere & robore. & apud Lucre. fit mentio robo PHILIPpus
ris istius cum inquit robur pix/ Agmina. taede. Ad quod uergit illud satyrographi poetae Beroaldus
ex secūda satyra horrida q̄le facit residēs in codice pellex quae tñ añ nos recognouere Phi IOAnnes
lippus Beroaldus & Ioannes baptista pius patriae soles praeceptoresq; nostri. baptista pius.

Curia unde. Curiæ ueteres: Curia hostilia. Curiones. Curionia sacra. Curio ab apuleio. Agnus curio

Infelix curia. quæ sine patribus nulla uidetur: curia a curando dicta curiæ duorum generum fuere ut Docet uarro libro primo de lingua latina/nam curiæ ueteres ubi curarēt sacerdotes res diuinas & ubi senatus humanas: curia hostilia ab hostilio rege ædificata a curiis dicti sunt curiones qui creabātur ut in his sacra celebrarent: unde & curiona sacra/ quæ ab his fiebant: curio ab apuleio appellatur qui plurima curet scire. cuius subieci uerba ex libro primo de asino aureo non quidem cuno sum/s3 qui uelim scire uel cuncta/uel certe plurima: Agnus curio dicitur a plauto qui ossa atq pellis totus est ita cura macet ut ipse inquit in aulularia:

> Infelix raros numerabit curia patres
> Plena quies aderit. quæ stricti nescia ferri
> Altera Saturni reuocet latialia regna.
> Altera regna numæ. qui primus ouantia cædē
> Agmina romuleis & adhuc ardentia castris

Patres,

Raros patres. quoniam parti cæsi, prim expulsi fuerāt bellis ciuilibo unde cecinit petronius arbiter/Gaudet roma fuga debellātiq quirites Rumoris sonitu mœrentia tecta relinquūt: & Lucāus in primo/Tu tātū audito belloꝝ nomine roma desereris: nox una tuis non credita muris: scribit Plutarchus sertoriū quondā Senatorios ex urbe expulsos solitū nūcupare senatum/duces q & questores ex eis deligere/ & patriis legibus cuncta administrare: patres: Scribit plutarchus in romulꝫ uita ex optimatibus romulū centum creasse senatores. quoꝝ collegium ex ætate senatuꝫ uocauit illosq patres dictos. uel quod hi solum qui patres forēt creari possent uel a patrocinio/quod existimarent patronum quendā fuisse ex his qui euandrū consecuti sunt qui imbecilloꝝ curā gessisset eisq præsidio fuisset. & ab eo huic rei eiusmodi appellationem mansisse uel q ipsi probabilius quia primores & potentes oporteret paterno officio & indulgentia humilioꝝ causam in fidem suā curamq suscipere: his itaq posterioribus diebus ascriptis in eum ordinem pluribus patres conscripti uocati sunt: scribit Liuius in primo ab urbe condita a. L. Tarquinio centum patres fuisse creatos/non tam ad rem publicam augendam quam ad regnum suum firmandū & corroborandum/qui deinde minorum gentium (ut ipse ait) sunt appellati factio. haud dubia regis cuius beneficio in curiam uenerant. plena quies. quæ ad plenū cuncta quieta faciat. Nescia stricti ferri quæ euaginatum ensēꝫ non agnoscat: strictum ferrum appellamus nudum & euaginatum: Suetonius indictato re utq animaduertit undiq se strictis pugionibo peti toga caput obuoluit: martii. in primo Pectore nec nudo strictos occurris in enses: Virgilius in undecimo aeneidos strictum rotat acer leucagus ensem: aliquando stringere pro uulnerare leuiter accipitur ut apud uirgilium in octauo æneidos hunc primum leuis hasta themillæ strinxerat: præstringere uero significat uisum fallere & decipere cicero pro rabirio posthumo nec illius animi acieꝫ pstringit splēdor sui nōis/Plau. pstringā oculoꝝ aciē in acie hostibus: hinc prestigiatores dicti q aciē oculoꝝ pstringāt quos designauit Hora. ita scribēs in primo carminū/callidū quicquid placuit iocoso condere furto: prestigiæ inde dicuntur deceptiones & dolosæ machinationes diuus cyprianus Scribens ad cornelium/namq ii quibus in præterituꝫ præstigia obtendebantur & dabantur uerba fallacia qui simul ad ecclesiam regressuri dicerentur posteaquam uiderūt illic pseudopiscopum factum frustratos & deceptos se esse didicerunt Latialia regna latium ut scribit seruius in enarratiōe eīꝰ loci uirgiliāi in primo æneidos/Inferretq deos latio duplex est: unum a Tiberi fundos usq alterū usq ad uulturnum fluuium dictum quod in eo saturnus fugiens Iouem latuerit: scribit autem solinus auctoritatem plinianam in omnibus secutus latium antiquum antea a tyberinis hostiis adusq lyrim amnem pertinuisse: Sempronius autem qui author uetustissimus ad manus nostras nuper peruenit a lyri usq ad Tyberim saturnum cum priscis aboriginibus fuisse originem & montem capitolinum aureo seculo a saturno habitatū: ubi & nūc aurea roma terrarum caput: fabius uero pictor hæc scribit libro primo etruriam a ianiculo ianuslatium a saturno saturnus cognominauit ad radices enim capitolii Saturnus condiderat ut ianus ianiculum. Aaltera regna numæ numa pōpilius romuli in romāo

Senatus und. Patres unde dicti. Patres cōscripti. Strictum ferrum. Stringere uulnerare. Præstringere. Locus hora. Latium duplex: Latium und. Mons capitolinus a satur/no habitatus ianiculum. Numa pompilius.

regno successor fuit. de quo hæc liuius in primo ab urbe condita Inclyta iusticia regiaq;
ea tempestate numæ pōpilii erat: curibus sabinis habitabat consultissimus uir ut in illa
quisquam ætate esse poterat omnis diuini atq; humani iuris: hic accitus romam post obi
tum romuli regnum adeptus est: ad unum omnibus numæ pompilio regnum deferen
tibus: ut scribit idem Liuius/ Numam pomponii uiri spectati filium e quattuor fratribus
minimum fuisse Scribit Plu
tarchus/ eumq; forte diuina
quadaʒ die natum qua romu
mulus urbem condiderat: hu
ic præcepta samiū pythago/
rā quidam dedisse existima/

Pacis opus docuit. iussitq; silentibus armis

uerunt/ quod tetigit Ouidius in tertio fastorum siue erat a samio doctus: quos tamen re/
probat Liuius, asserens suopte ingenio illi temperatum fuisse uirtutibus animum/ instruc
tumq; non tam peregrinis artibus quā disciplina tetrica & tristi ueterum Sabinorum
quo genere quondam nullum incoruptius fuit: Numa in monte quirinali primum dein
de propter ædem uestæ in regia quæ adhuc ita appellatur habitauit ut scribit solinus: &
cum regnasset annis tribus & quadraginta diem obiit non celeri neq; repentino obitu, sʒ
Senio ac leni deficiens morbo: ut scripsit Piso non longe maior octogenario/ sepultus
sub ianiculo ut recensuit Solinus: Ouantia cæde agmina exultantia propter romulū
qui cum cennensibus antennatibus crustuminis mox cum Sabinis, fidenatibus et ueiis
bellum gesserat/ ut meminerunt Plutarchus in eius uita & Liuius in primo ab urbe con/
dita: unde dictum est ab Ouidio libro primo fastorum scilicet arma magis quam sydera
romule noras: Curaq; finitimos uincere maior erat: Ouare minus est quam trium/
phare/ nam ut scribit Gellius in quinto/ Oualis corona myrtea est qua utebantur impera
tores qui ouantes introibant urbem: ouandi autem ac non triumphandi causa est cum
aut bella non recte indicta neq; cum iusto hoste gesta sunt aut hostium nomen humile
& non idoneum est/ ut seruorum pyratarumq; aut deditione repente facta sine puluere
(ut dici solet) incruentaq; uictoria obuenit/ cui facilitati aptam esse ueneris frondem cre
diderunt/ quod non martius/ sed quasi ueneris quidam triumphus foret: Scribit pompe/
ius ouantes dici lætantes/ ab eo clamore quem faciunt redeuntes ex pugna uictores mili
tes geminata o littera: existimauit Seruius ouationem ab oue dictam quod ouantes uno
equo uterentur & a plebeis siue equitibus romanis ad capitolum ducti de ouibus sacra fa
cerent cum in triumpho bos imolaretur: scribit Plinius libro decimoquinto naturalis
historiæ primum posthumiuʒ libertum cum de sabinis triumpharet ouantem ingressum
urbeʒ fuisse/ quoniā leuiter rē sine cruore gesserat: eumq; myrto ueneris uictricis corona
tum incessisse: quia postea hæc ouantium fuit corona excepto Marco crasso qui de fugi
tiuis & spartaco laurea coronatus incessit. ouatum aurum appellauit Persius Satyra ter/
tia quasi precibus uictum & a diis expugnatum translatione decentissima/ ob quod ioua
tio consequatur: putauit IOannes Baptista Plautius iuuenis non minus doctrina
quam moribus ornatus mihiq; singulari adiunctus fide. in comentariis suis quæ nuper in
Persium ædidit ouatum ab ouo deflecti quod oui albo æra & marmora argenti & auri
laminis decoranda illinebantur: Ardentia inflammata/ nam ut inquit Lucanus in pri/
mo pharsaliæ nullus semel ore receptus pollutas patitur sanguis mansuescere fauces &
claudianus in secundo contra ruffinum pollutæq; negant arescere fauces: Primus quia
romulo successit ut diximus: Inter sacra tubas docet Liuius quemadmodum clau/
so Iani templo Numa cum omnium finitimorum circa societate ac fœderibus iunxisset
animos/ positis externorum periculorum curis ne luxuriarent ocio animi quos metus
hostium disciplinaq; militaris constituerat: imperitaʒ multitudinem & illis sæculis rudē
ad religionem deorum attrahere conatus sit hoc comento: simulat sibi cum dea egeria
congressus nocturnos esse eius se monitu quæ acceptissima diis essent sacra instituere
Sacerdotes suos cuiq; deorum præficere unde ipsam ægeriam numæ coniugem appella
uit Ouidius in tertio fastorum, quod tamen multi fictum & fabulosum existimauere pu/

Natalis numæ pompilii

Numa non instructus a pythagora

Sabinis genus nullū incorruptius

Vbi habitauit

Mors numæ

Vbi sepultus

Ouare

Ouādi ratio

Cur oualis corona sit Myrtea

Quis primus ouās ingressus urbem

locus persii

Ioannes baptista plautius

quo pacto ad religionem numa romā attraxit

Egeria nūæ coniux

tauit Plutarchus esse possibile, quoniam caritas deo insit cum homine: & mixtum cui misceatur communionem uicissim æqualem reddere. Non inter bella Sonare. sensus est: sicuti Romulus adhibuerat ad prælia tubæ signum: ipsæ numa ad sacra conuertit, quibus conuenire putauerunt harmonicam rationem nam ut scribit Liuius. Ita duo Reges Alius alia uia ille bello. hic pace ciuitatem auxere. Tuba. signum est militare quo excitatur milites ad pugnam obeundã, de qua intellexit uirgilius in. vii. æneidos de misceno loquens, ære ciere uiros martemq́ accendere cantu: Petronius Arbiter Armorum strepitu celum furit, & Tuba mortem sideribus tenus acta ciet: q̃q̃ in codicibus corruptis armis pro tenus legatur, Scribit Vegetius in Tertio Semiuocalia esse signa, quæ per cornua aut tubam aut buccinam dantur: Tubam quæ directa est appellari buccinam quæ in semetipsam æreo circulo flectitur: cornu quod ex uris agrestibus argento nexum temperatum arte & spiritu canentis flatu emittit auditũ nam indubitatis per hæc sonis agnoscit exercitus: utruʒ stare uel progredi an certe regredi oporteat: utrum longe prosequi fugientes an receptui canere Oliʒ inter athenienses & lacædemonios induciis annuis factis illud decantatuʒ est, laceas utinam hasta mea q̃ diutissime: & illud: eos qui in pace somnum capiunt non tubarum strepitus sed gallorum excitat cantus: auctor Plutarchus in nicia: est & tuba exequialis de qua Persius Satyra Tertia hinc tuba candelæ tandemq́ beatulus alto compositus lecto: & Propertius in secundo Ah mea tum qualis caneret tibi cynthia somnos tibia funesta tristior illa tuba. ad hãc alludere uidetur etiam Virgilius in Quinto cum inquit & tuba cõmissos medio canit ag gere ludos: de funebribus enim loquitur ludis: a tuba tubicines dicuntur. sicut a lituo liticines: siticines autem appellatos fuisse scribit Gellius libro uigesimo noctium atticarum illos qui apud sitos canere Soliti essent, hoc est uita functos. & finites ac sepultos eosq́ue habuisse proprium genus tubæ qua canerent a cæterorum tubicinum proprietate differens, quos sicinnistas uocant. n. littera duplicata qui rectius locuti sunt: Siticinnium enim genus ueteris saltationis fuit: Calpurnius uero hic tubam sacris accõmodam intelligit. quã, diuinis rebus adhibere mos fuit ãtiquorũ: refert Plutarchus in pblematis numã põpiliũ magnos honores tibicinibꝰ attribuisse pp sãctitatem & cultũ deorũ. q cũ ipsi illis spoliatos se postea uiderent ex urbe Tibur oẽs ꝯtulerunt, Sed postmodũ p libertum romam reportati ac magistratibus recõcliati: Institutũ est eo die quo romã. s. Idibus Ianuariis redierant eodem habitu ornati p urbem incederent: q autem tibicen in sacris adhiberetur declarat Censorinus de die Natali his uerbis de musica loquens. nam nisi grata esset imortalibus diis, qui ex anima ꝯstãt diuina pfecto ludi scenici placãdorũ deorũ causa instituti nõ essent nec tibicen omnibus supplicatiõibus in sacris ædibus adhiberetur nõ cum tibicine triumphus ageretur marti non apollini cythara, non musis tybiæ cæteraq́ id genus essent attributa: non Tibicinibus per quos numina placantur esset permissum aut ludos publice facere aut uesci in capitolio. aut quinquatribus minusculis. i. idibus Iuniis urbes uestitu quo uellent personatis temulentisq́ puagari: ex quibus uerbis Plutarchi locus supra memoratus corrigendus est, ubi præcipiti errore legitur idibus Ianuariis cũ legendum sit iuniis: Festa enim hæc iunio mense celebrabantur ut docet Ouidius in sexto Fastorũ quæ ideo quinquatres minores appellantur ad differentiã maiorum quæ erant post diem quintum idus Martii, ut scribit Marcus Varro Libro Secundo de Lingua Latina: Lituus aliquando ad similitudinẽ litui augurum retortus pro tuba accipitur ut apud Virgiliuʒ in. vi. & lituo pugnas insignis obibat & hasta: his addere libet quæ carmina ad eius statum temporis allusisse scribit Plutarchus in eius uita. ad hanc quidem rem facientia: hic callentis opus humor dominatur arachnes: Enses ancipites hastaque longior, Aerea iam nusquam superest tuba: Ducere somnos non ipsi placidos palpebræ tollitur: nam ut idem refert, neque bellum neq́ seditio neque tumultus rege Numa in re publica fuisse traditur.

Inter sacra tubas non inter bella sonare

Caritas in ẽ deo cũ hõine
Tuba
Locus uirgi.
Correctus petronii loc:
Semiuocalia signa.
Tuba.
Buccina
Cornu.
Qui sõniuʒ in pace capiũt excitanẽ a gallis.
Tuba exequialis.
Locus persii
Locus uirgi.
Tubicines
Liticines
Siticines.
Tuba sacris accommoda
Tibicenes in magno honore apud numam.
Tibicinum festa dies.
Tibicen omnibꝰ supplicatõibꝰ adhibetur
Correctꝰ plutarchi codex
Quinq̃tres minores
Lituus.
Carmina ad statũ numæ accommoda
Nulla seditio in re pu. regante nu.

Iam nec adūbrati fesus est: Iā ñ ingrēt corruptelis & mūeribꝰ cādidati ꝯsulatū & hono res ut antea fecerunt sed ordo & lex erit consulatus recta & incorrupta ut sola ambiat uirtus scribit Suetonius in dictatore cæsarem luciū luceiū ex cōpetitoribus sibi adiunxisse pactum ut ille quoniā inferior gratia esset pecuniaq; polleret nummos de suo comuni nomine pronunciaret, solebant enim sibi pecunia suffragatores conciliare: refert plutarchus in cæsare populum epulo corruptum solitum cū funda in campum uenire ut largitori suffragaret, unde cecinit petronius arbiter Nec minor in cāpo furor est emptiq; quirites ad predam strepitumq; lucri suffragia uertunt: uenalis populus uenalis curia patrū est fauor in precio senibus quoq; libera uirtus exciderat: sparsisq; opibus conuersa potestas ipsaq; potestas auro corrupta iacebat: Adūbratū honorē: appellamꝰ fucatū ac ūbra sola non re uera existentem nā sicuti umbra locū ubi fit fuscum & tenebrosum reddit ita honorem offuscat quisquis non recto tramite ad honorem peruenire contendit. adūbrare apud ciceronem significat decoramentis quibusdam exornare ut mos est pictorum qui figuris suis umbras pro extrema exornatione adhibere conuenerunt. huius sunt uerba in secundo de oratore: quare nolite existimare me ipsum qui non heroum ueteres casus fictosq; luctus uelim imitari atq; adumbrare dicendo neq; actor sim alienæ personæ sed auctor meæ cum mihi Marcus aquilius in ciuitate retinendus esset. quæ in illa causa perorandā fecerim sine magno dolore fecisse: Mercatus data mercede & stipendio nam adumbratus honor appellatur quoniam uetus honor non est qui ex suffragio pecuniarū peruenit uirtute enim ambire oportet non fautoribus ut inquit plautus in amphitrione Mercari significat emere in hoc loco, sicut apud uirgilium in primo æneidos, mercatiq; solum facti de nomine byrsam: unde mercator qui mercaturam exercet & Mercatura exercitatio ipsa emendi & uendendi: cicero libro quinto tusculanaꝝ questionum nam ut questuosa mercatura fructuosa aratio dicitur non si altera semper omni damno, altera omnis tempestatis calamitate semper uacet sed si multo maiori ex parte extat in utraq; felicitas sic uita non solum si undiq; referta bonis est, sed si multo maiore & grauiore ex parte bona propendunt beata recte dici potest: Mercimonium a plauto in amphitrione dicitur cōtrectatio mercium cui rei præsulem mercurium esse uoluerunt quem mercurium quasi mercium curam dixere ut auctor est fulgentius libro primo mythologicon & si aliter scientia interpretari ab augustino in septimo de ciuite dei ob hocq; illi uirgam serpentibus nexam adiiciunt quod mercatoribus det aliquando regnum ut sceptrū & uu lnus ut serpentium est dare ita ipsius aliquando lucrum quandoq; dominium hec tamen ultima uerba in codicibus impressis desiderantur Tacitus consul. a nullo declaratus magistratu ut mos fuit: scribit Appianus in secundo cæsare romam reuersio adhuc trepidante populo illum dictaturam usurpasse cui per. xi. tantum dies præfuit consulem uero se in futurum designauit pompeiumq; isauricum collegam assumpsit: Vacuos sine consulibus quibus erat succedendum: primi consules post exactum Tarquinium superbum comitiis centuriatis a præfecto urbis ex comentariis seruii tullii creati sunt. L. Iunius brutus &. L. Tarquinus collatinus auctore liuio libro primo ab urbe condita: Inane Tribunal. uel uacuum nam aduentāte cæsare consules effugerunt ex urbe ut auctor est plutarchus in pompeio uel fine iusticia inane quodamodo: Tribunal dicitur locus excelsus. in quo qui tribubus ius reddūt cōsidere solent: plinius libro decimolexto naturalis hystoriæ illic misera gens tumulos obtinet altos aut tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi æstus: Suggestus uero dicebatur unde concionabundi imperatores milites alloqui ꝯsueuerant: cicero in quinto tusculanarum questionum idemq; cū in comunibus suggestis cōsistere non auderet concionari ex turri alta solebat: scribit plutarchus catonem concionantem e suggestu a ministro quodam arreptum fuisse cum pōpeio & crasso aduersaretur: Tribunal cespititium a flauio uopisco appellatur ex cespite factum: hic tamen pro tribunali magistratuum accipitur ut diximus:

Iam nec adumbrati faciē mercatus honoris

Pecunia suffragatores conciliabant

Adumbratꝰ honor

Adumbrate ap ciceronē.

Virtute Ambire oportet.

Mercari

Mercator

Mercatura

Mercimoniū

Mercurius

Cur uirga serpentibꝰ nexa mercurio

Restitutꝰ fulgentii locus

Cæsar cōsulē se fecit.

Primi consu.

Tribunal.

Suggestus

Cato e suggestu raptus.

Tribunal cespititium

Fasces

Fasces pro consularu

Vnus tantũ consul fasces haberet:

Cur securibo adalligentur fasces

Virgæ corrigunt

Secures ab scindunt

Ne quis inter consulẽ et litorem

.Q.fabii Max.exẽplũ

Iocus ꝑtoris cuiusdam

Superes non ades

Superesse

Adesse

Auferre

Ferre

locus plauti emaculatus

efferri

Cardines habitationũ

incole

Circumcole

Anticole

Antipodes

Romulus aguratocondidit

Locus ciceronis

Fasces.uero ne hoc excutientibus oculis prætereamus dicebantur a fascibus lictores qui ante consules cum uirgarum fascibus securibus adaligatis anteibant: Suetonius in cæsare dictatore/ Antiquum etiam rettulit morem/ ut quo mense fasces non haberet accensus ante eum iret/ Claudianus in consulatum honorii/ Tertia Romulei summant exordia fasces: ubi fasces pro consulatu intelligũtur qui magistratus annuus fuit ut docet Liuius in secundo: cautũq; erat ne si ambo fasces haberent duplicatus terror uideretur/ ut unus tantum fascibus esset insigni/tus: Brutus prior concedente collega fasces habuit ut idem est auctor/ qui nõ acrior iudex libertatis fuerat/ q̃ deinde custos libertatis:

Nec uacuos tacitus fasces & inane tribunal
Accipiet consul. sed legibus omne reductis
Ius aderit. moremq; fori uultumq; priorem
Reddet. & afflictum melior deus auferet æuũ.

Scribit Plutarchus in ꝓble. morem fuisse adalligãdi uirgas securibo ut uirgaꝝ dissolutio mora & tarditate iram frangeret & moderaret/ & q̃m malicia partim medicabilis est/ partim curari non põt/ uirgæ quod mutari posset corrigerent/ Secures ãt quod emendari: ñ posset abscinderent: lego apud Valeriũ in secũdo institutũ fuisse a maioribo ne quis se inter ꝯsulem & ꝓximũ lictorem q̃uis officii cã una ꝓgrederetur interponeret/ filio dũtaxat & ei puero ãte patrem cõsulem ãbulãdi ius erat. qui mos adeo pertinaciter retentus est/ ut. Q. Fabius maximus quinquies ꝯsul uir etiã pridem sũmæ auctoritatis & tũc ultimæ senectutis a filio consule inuitatus ut inter se & lictorem ꝓcederet/ ne hostiũ samnitiũ turba ad quoꝝ colloquia descendebãt elliderer: id facere noluerit. Ius aderit. presens erit/ iocus est apud Geliũ lib. primo. noctiũ atticaꝝ pretoris cuiusdã, cui cũ aduocatus quidã assisteret postularetq; ut quã cãm diceret remq; quæ agebaf nõ attingeret/ & ꝑtor ei cui res erat dixisset aduocatũ eũ nõ habere, quũq; is qui uerba faciebat reclamasset ego illi uir clarissime superssum/ Respõdisse ꝑtorem festiuiť refert. Tu plane superes ñ ades cũ superesse. superuacare significet/ Adesse uero se aduocatum alicui ꝑbere: Plinius cecilius in Tertio epist. Aderam inquit beticis mecũq; Lucius Albinus: aliqñ uero significat presentiã sui præbere ut apud Virgilium in primo æneí. corã quem queritis adsum trouis æneas: Et apud Ouidium in tertio fastoꝝ/ Mars ades: & nitidas casside solue comas. Vultum priorem. reformatis & reductis legibus ad suã primã faciem. Melior deus. Augustus. Auferet. abolebit/ Auferre significat tollere & asportare: Terentius in Andria/ Vos isthæc intro auferte Scribit Donatus auferri ea ꝓprie quæ cum fastidio cernantur. Ferri ea quæ cũ honore tractantur: Mendum est apud Plau. in amphytrione ubi auferere passim legitur cuȝ legendũ sit efferere quod est mortuoꝝ proprie: uerba eius sup posui ut errorem euidentius recognoscas: faciã ego hodie te superbũ nisi hinc abis: sosia: quonam mõ/ cui respondet Mercu. Auferere/ nõ abibis si ego fustem sumpsero: tu uero lege efferrere. Aeuum afflictum. ætatem multis calamitatibus affectã. Exultet quecũq; notum. Quattuor mundi partes describit hoc est cardines habitationum orientem scilicet occidentem/ septemtrionem/ & meridiem: quoꝝ unam partem colere dicuntur q Incolæ/ alteram qui circũcolæ/ tertiam qui Anticolæ/ Quartam qui antipodes uocati sit ut scribit Cleomedes de ꝯtemplatione orbium excelsoꝝ: super his cardinibus est & lõga apud Macrobium disputatio libro secundo de somno Scipionis. Scribit Liuius in primo ab urbe condita Numam sicut Romulus urbem augurato condiderat regnum adipisci uoluisse in arcemq; deductum ad meridiem uersus cõsedisse. ubi augur ad leuam eius capite uelato sedem cepit/ dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens/ quo regiones finiuit ab oriente ad occasum/ dexteras ad Meridiem partes/ læuas ad Septemtrionem deffiniens. cum totum mundum mente concipere uellet qui his quattuor partibus contineturhos itaque cardines ita descripsit Cicero in Libro de Re. Pu. uides habitari raris & angustis in locis & in ipsis quasi maculis ubi habitatur uastas solitudines interiectas/ hos q; qui incolunt terram non modo interruptos ita esse ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit/ Sed partim obliquos/ partim transuersos partim omnes aduersos stare uobis a quibus expectare gloriam certe nullam poteris: Sed ut Lucidius intelligas poetæ

Sensum secto per notum depressum significari meridiem quoniam meridionalis uentus est notus Auster a nostris appellatus: per boream erectum Septentrionales partes quae altae sunt ac plurimum ab orizonte sublatae sicut australes humiles & ad orizontem depressae ut Scribit Cleomedes de contemplatione orbium: quod refert & hyginius de mundi & spherae declaratione his uerbis / polus is qui Boreus appellatur peruideri potest semper / Notus autem ratione dissimili semper est a conspectu semotus: hae duae partes a graecis mesuranium & eurogeon appellantur sicut ortus & occasus Anatole & clisis:

Exultet quaecunq; notum gens ima iacentē
Erectumq; colit boream: quaecunq; uel ortu

ut auctor est Iulius firmicus libro primo matheseos: Notum iacentem meridionalem plagam depressam quam ita describit Lucanus in nono pharsaliae Iamq; iter omne latet nec iunt discrimina terrae ulla: nisi etheriae medio uelut equore flammae / Syderibus mouere uias nec sydera tota ostendit lybicae finitor circulus orae: Erectum boreā: septentrionalem plagam unde uenit boreas: Ortus qui a dextera parte est sicut occasus a sinistra: naturalis enim mundi statio in boreo polo finita est ut omnia a dextris partibus exoriri in sinistris occidere uideantur: exortus ut docet hyginius est subita quedam species obiecta nostro conspectui: occasus uero pari de causa est ut erepta ab oculis uisa: Sed quoniam in partes & mundi cardines incidimus qui per uentos plerumq; denotari consueuerunt non erit absonum si quae de uentis cardinalibꝰ a Plinio & Gellio mutuati sumus exponere sunt ergo cardinales uenti quattuor Eurus siue uulturnus: ita enim a latinis appellatur ex autoritate Pliniana a graecis Eurus: Auster siue notꝰ Africus siue libs: fauonius siue Zephirus: quos ita describit: Virgilius in primo aeneidos Vna eurus notꝰq; ruunt creberq; procellis Africus paulo post aquilonem quartum illis adiungens. Notus ut scribit Gellius in secundo meridionalis est uentus is latine auster / graece notis nominatur quoniam est nebulosus atq; humectus νοτισ enim graece humor nominatur Auster ut notat macrobius in secundo de somno Scipionis, ita in origine sua gelidus est ut apud nos comendabilis est blando rigore septentrio aparctias dictus / Sed quia per flammam torridae Zonae ad nos cōmeat admixtus igni calescit / & qui incipit Frigidus calidus peruenit Boreas uero ab estiua & solstitiali orientis meta uenit / latine Aquilo graece Boreas dicitur / eumq; propterea αιθρηγενετην serenitatem facientem appellatum uolūt: hinc dictum est a propertio & nobis Aquilo cynthia uentus erit: hoc est Serenitas & iocundior uita ita Plinius libro decimoseptimo naturalis hystoriae hyemem Aquiloniam hoc est aquilone regnante serenam appellauit his uerbis: hyemem quidem aquiloniam esse omnibus satis utilissimum: quod & sensit Lucanus scribens in nono pharsaliae Arctos raris Aquilonibus imbres accipit / & nostris reficit sua rura Serenis: ideoq; sudificus a Virgilio dicitur idest sudum & serenum faciens ab Homero και βορεης αιθρηγενετης μεγα κυλινδων idest sudificusq; altos aquilo rotat impete fluctus Scribit Herodotus libro septimo hystoriarum athenienses boreae templum ad illissum amnem extruxisse quod contra barbaros (ut ipsi existimabant extitisset) Aquilones prodromi a Plinio appellantur idest praecursorii qui caniculae exortum diebus octo ferme antecedunt: iidem post biduum exortus cōstantius diebus quadraginta proflantes ethesiae / quos latine anniuersarios dicimus: hunc aquilonem uentorum Saluberrimum omnium existimat idem Plinius Noxium austrum & magis siccum: hos situ tamen mutare naturam certum est siquidem Auster africae serenus est Aquilo uero nubilus: hic Ismaricus a Dyonisio de situ orbis uocatur / quod ismara colat & hyperboreos montes: unde & erectum appellat eum poeta quoniam ad montes elleuatur: Priscianus in interpetratione Dyonisii post hanc est geminum mare uastum fluctibus atris fluctibus Ismarici boreae quod tunditur atris:

Notus meridionalis uētus.
Septētrionales ptes altae
Mesuraniū Aurogeon Anatole Clisis
Locus Lucae
Ortus a dextra. Occasus a sinistra
Quid sit exortus.
Quid sit occasus.
Eurus uulturnus.
Notꝰ auster Libs Africus Zephirus fauonius.
Notis hūor.
Septentrio Aparctias
Boreas Aq.
Locus pptii.
Hyems Aq.
Locus plinii
Locus Luca.
Locus Ho.
Tēplū Bor.
Aquilones pdromi a pl.
Ethesiae āniuersarii.
Aqlo ōniuʒ saluberrimꝰ.
Noxius Au
Auster africae serenus
Ismari. Bor.

Eqnoctialis circulꝯ hysemerinos a graecis

Medio sub ethere.hic non intelligas meridionalem plagam de qua superius Sed equi/
noctialem circulum hysmerinon a græcis appellatum, ad cuius orbem cum peruenit
Sol equinoctium conficit/hunc mediam Zonam perustam secare putat Macrobius:unđ
ambiguum est eam partem habitabilem esse: Cernitis ut puro.ex augurio quod euen
turum est prædicit/ut apud Virgilium Venus/ aspice Bissenos lætantes agmine cygnos

Vel patet occasu.medioue sub æthere seruit.
Cernitis ut puro nox iam uigesima cælo
Fulgeat:ut placidum radianti lucē cometem
Proferat:ut liquidū nutat sine uulnere sydus
Nūquid utrūq; polum sicut solet igne cruento

Cometæ Crinitæ

Nox fulget.splendore & lu
næ & stellarum quod tamen
nisi sereno cælo contingere
non potest & in æthere punsi
cato: Placidum radianti lu
ce cometem. Scribit Plinius
in secūdo naturalis hystoriæ
cometas quos græci ita uo/
cant nostri criniras horrentes
crine sanguineo & comarum modo in uertice hispidos esse quorum cum multæ Tradan
tur speties uidendum est & indagandum quem intelligat Calpurnius pro placido: Ter/
rificum enim magna ex parte est sydꝯ,ac non leuiter piatum:adducot autem ex authori/
tate pliniana ut candidum cometem a poeta nostro intelligi Asse.ere ausim/ quoniam
nullum est sydus hac luce radianti præditus.Sed aut in mucronem sunt fastigiati nullo
splendore/aut iaculi modo aut cornus spetiem habenres aut ardentes ueluti faces: fit iāq;

Candidꝯ Cometes

candidus cometes(ut uerbis utar plinianis)argenteo crine ita refulgens ut uix contueri
liceat specieq; humana dei effigiem in se ostendens:notat Seruius grāmaticorum home/
rus Cometas esse bonos si facti sint ex uenere uel Ioue:opinio est regni permutationem

Cometae boni ex uenere uel ioue

Portendit regno come.

Stella q̄ in ortu christi apparuit n̄ fuit cometes

portendere cometem unde dictum est a Lucano mutantem regna cometeȝ/& a Iuu.Sat.
.vi.Instantē regi armenio pthoq; cōetē obseruatū ē nūq̄ in occasura celi pte cōetē uide/
ri:hinc māifestꝯ pcipit error illoꝝ q̄ stellā quæ in ortu redēptoris nostri appuit putant fu
isse Cometē:quæ ab oriente ad meridiē uersus occasū mouebatur/ quod non facit come/
tes.ut retulir chrisostomus: Radianti luce.idest argentea qui color liquidꝯ est & purus
unde sequitur liquidum Sydus. Proferat. demonstret: Nutet. resplendeat: nutare
enim uidentur radii & in quodam persistere motu:est autem proprie capitis nutare:ut
notat Marcellus de quo uerbo plura inferius: Sine uulnere. refert inquit Plinius in
quas partes sese iaculetur aut cuius stellæ uires recipiat.quasq; similitudines reddat & in
quibus locis emicet:tu intellige a quo nullum bellum seu uulnus portendatur: Nun/
quid utrunq;.Scribendum est:non per utrunq; polum.ex integro codice:& est sensus ta/
lis:non currit lampas multo igne per utrunq; polum portendens futura bella quæ his ple
rumq; signis deprehendi consueuerunt/sed candidus & solam denunrians quietem:

Lampas
Pogoniæ
Aconitae
Xiphiae
Chryseus
Pitheres
Hippeus
Corec.pl.co.
Locus Virg.

Lampas .ut inquit Plinius ardentes imitatur faces/sicut pogoniæ inferiore ex parte in
speciem barbæ longe promittitur Iuba/Aconitæ iaculi modo uibrantur:Xiphiæ gladii
nitore fastigiatæ.Chryseus aureæ:pithetes doliares sunt/hippeus eqnis iubis/ Tryphon
Ignea spetie a rege accepto nomine legendumq; Tryphon est apud Pliniuȝ non Typhō
ur passim inuenirur:Lampas describitur a Virgilio in secundo æneidos his uersibus/ de
cælo lapsa per auras stella facem ducens multa cum luce cucurrit.Illam summa super la/
bentem culmina tecti Cernimus idea claram se condere Sylua/ Signanremq; uias/ tum
longo limite suleus dat lucem & late circum loca sulphure fumant: Talis fax germanico
caesare gladiatoꝝ spectaculum edente praeter ora populi meridiano transcurrit: ut au/
thor est Plinius:harum duo traduntur genera Lampades de quibus diximus:/ & Alterū

Bolides
Srella post mortem cae.
Locus Virg.

genus bolides appellatae quae perpetuo ardentes longiorem trahunt limiteȝ: At quō/
dam non talis erat:rapto caesare legimus stellam crinitam aedente ludos augusto per sep
tem dies continuos fulsisse: quo signo significari credidir uulgus caesaris animaȝ inter
deorum immortalium numina receptam:ad quod allusit Maro in buccolicis dionei pro
(cessit caesaris astrum : Sed ego nullo

pacto de hac intelligendum esse censeo cum salutare terris id fuerit ut auctor est plinius uerum de bolide poetã intellexisse contenderim (excepto tamen meliori semper maiorũ iudicio quibus digitũ leuare consueui) auctoritate suffultus pliniana, clarius equidem enarranda. ita enim scribit in secundo: duo genera earũ lampades uocant plane faces alterũ bolidas quale mutinensibus malis uisum est: ubi mutinense malum intellige bellũ quod augusti tempore aduersus antoniũ hirtio & pansa consulibus intumuit, hystoriam refert Plutarchus in uita antonii & Suetonius in augusto: Potes etiã referre ad signa quae post caesaris mortem apparuisse ꝯstat: de quibus Vir. in primo Georg. de sole loquens, ille etiam extincto miseratus caesare romam cum caput obscura nitidum ferrugine texit: & paulopost non alias caelo ceciderunt plura sereno fulgura nec diri totiens arsere cometae: Ad quae allusit Tibul. in secũdo cum inquit haec fore dixerũt belli mala signa cometem Multo ut in terras deplueritq; lapis: sed & illud post mortem caesaris contigisse nulli ẽ dubium: Scribit appianus in quarto lupos per forum discurrisse: bouẽ humanã emisisse uocem: infantem ut subito genitus est allocutũ: Simulachra quaedã sudorem, quaedam sanguinem emisisse: Imbres pluisse lapideos cõtinuaq; fulmina in templis & statuis decidisse: quod significauit horatius in primo carminũ his Iam satis terris niuis atq; dirae grandinis misit pater & rubente dextera sacras iaculatus arces terruit urbem: Retulit & Eusebius tres romae soles uisos in eundem orbem coiisse quod signum fuit ꝯiuratiõis futurae inter Octauiũ Augustum Antoniũ & lepidũ.

Spargit: & ardenti scintillat sanguine lampas
At quondam non talis erat. cum caesare rapto
Indixit miseris fatalia ciuibus arma:
Scilicet ipse deus Romanae pondera molis

Locus Plinii.

Lo. Tibulli.

Prodigia que post caesaris mortem.

Quid significauerint tres soles coeũtes

Fatalia arma. ad quae fato impellebantur: fatum enim ineuitabile est & ut inquit Iuuenalis fata regũt hominem, Itaq; conqueritur ceres apud Claudianũ sic numina fatis uoluimur & lachesis nullo discrimine saeuit: immo fato stat Iuppiter ipsae ut inquit Tertullianus in apollogetico Fata ut scribit Seneca nos ducunt & olim constitutum est quid gaudeas quid fleas: Miseris ciuibus. ꝓpter brutum & cassium. & ꝓscriptiones triũuirales. Scilicet. semper cum ironia ponitur ut notat Donatus ita apud Terentium in andria id populus curat scilicet? Ipse deus. princeps augustus. Excipiet. suscipiet: excipere ut notat Marcellus est suscipere, Virgilius in tertio aeneidos heus quis te casus deiectam ꝯiuge tanto excipit: Cicero in uerrem, filiorum suorum postremum spiritum ore excipere liceret: alias significat seiungere: excusare, opprimere & manere: quandoq; captare: Cicero libro Tertio de Oratore quaedam dari ex hac uita ad pertractandos animos hominũ & ad excipiendas eorum uoluntates. Romanae pondera molis. onus R. pu. Romanae ut pote primariae in orbe ciuitatis, de qua ita iuppiter apud Valerium Flaccum in primo argonauticon: Arbiter ipse locos terrenaq; summa mouendo experiar quae nam populis longissima cunctis regna uelim, linquamq; datas ubi certus habenas. Moles. dicitur magnitudo alicuius rei ut apud Virgilium in primo aeneidos, molemq; & montis. i. mõtis molem & magnitudinem itaq; exposuit Seruius Virgilianus interpres: Moliri (ut notat Marcellus) significat extruere dictum a molibus: Virgilius moliriq; arcem & manibꝰ subuoluere saxa unde demoliri dictum est destruere: cassius hemina de censoribus libro Secundo & iam aurea in Capitolio signa quae erant demoliũtur Marcus Tullius libro Tertio officiorum demoliri ea quorum altitudo officeret auspiciis: multa sunt quae ab impressoribus ita saepe mutantur ut auctoribus quandoq; indignas inurant maculas ut hic in codicibus Marcelli omnibus legitur Demoliri dictum est construere: fulciturque auctoritatibus supradictis quae contra sententiam suam resultare uidentur: sed quoniam auctori huiusmodi uerbi significationem ignotam fuisse non est credendum puto legendum esse, non construere. Sed destruere: ita significante demoliri notissimo pene apud omnes significatu.

Fatum ineuitabile.

Fato stat Iuppiter ipsae.

Fata nos ducunt.

Scilicet

Excipere suscipere.

Excipere captare.

Valerius Flaccus.

Moles.

Locus Virgi.

Moliri.

Demoliri

Locus Marcelli correctꝰ.

Lacerti — Fortibus lacertis.perstat in methaphora nam moles lacertis sustinetur/ Lacerti.pro
Lacertuli — brachiis pleruq accipiuntur/Tibullus in primo ipsa bipenne suos cedit uiolenta lacertos
Lacertosi — ita hic . aliasenim est animal : cuius diminutiuum est lacertulus quo usus est Apule
ius in libris de Asino Aureo:a lacerto fit lacertosus qui dicitur lacertis magnis & fortibꝰ
Milo Crotõi ẽsis — præditus:lacertis polluit Milo crotoniensis qui cum cuneis arborem adactam reuellere
tentaret/reserratis in fissuram
manibus tandem palmarum
suarũ quas olim ceperat uicto
riam feris tradidit/ Auctore
est maledicus:unde dixit Horatius archilochum proprio rabies armauit iambo. Læta carmina. Scribendum est lenta ex uetusto codice idest spondaica & trimetros condere, nã Iambicum carmen ut paulo tardius resonaret imparibus locis suscepit spondeum, antea namque soli iambi ponebantur: Horatius in arte poetica, Syllaba longa breui subiecta uocatur iambus, pes citus, unde etiam trimetris acrescere iussit nomen iambeis cum senos redderet ictus, primus ad extremum similis sibi non ita pridẽ tardior, ut paulo grauiorq; ueniret ad aures: spondeos stabiles in iura paterna recepit: Nonnullas choreas. idest aliquas & intelligit simul cum cãtu Tripudium: ita significante chorea, nam chorus ex pluriuꝫ cõstat uocibus ita ut ex multis uox una reddatur & fiat ex dissonis concentus auctores seneca & Macrobius: olim chori comœdiis intermiscebantur postea uero sublati fuerunt, Tragœdiis nunc maxime inseruntur, choreas ergo expone cantum cũ tripudio ut apud Virgilium intelligas in Sexto æneidos quid sit pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt ubi tamen est intelligere. e. corripi cum fere apud omnes ꝑducatur ut hic apud poetam nostrum, & apud Virgilium alibi iuuat indulgere choreis. Condere. scribere struere. Libro uiridante. cortici arboreo & dixit uiridante pro uiridanti, sicuti Iuuenalis fitiente pro fitienti Satyra prima porrectuta uito miscet fitiente rubetam: seu legas ablatiue pro in cortice arboreo. Classica turbida. Classicum auctore Seruio in interpretatione illius Virgiliani in. vii æneidos classica iamque sonant. est flexilis tuba & tam pro ipso sono q̃ꝫ tuba dicitur: Tibullus in primo Martia cui somnos classica pulsa fugent: classicũ ut docet Vegetius in secundo de Re Militari insigne uidetur imperii quia classicum canitur imperatore præsente, uel cuꝫ in militem capitaliter animaduertirur. quia ex imperatoris legibus fieri necesse est, apud ipsum uideto libro prædicto quid inter tibicines & cornicies. & classicum intersit. Non erurdant. non prosternunt auenæ sonum quæ tenuis est ad comparationem classici. Numine cæsareo. propter cæsarem sub cuius uiuimus umbra. Securior lyeo. idest baccho qui liberas mentes facit & securas: unde dictum est a Virgilio & uino pellite curas occupat enim caput uinolentia maxime ut docet Aristoteles in Problematis hinc est ꝙ intellectus parte occupata obliuiscimur curas, lyeus απoτου λυειν dicitur quod est soluere, Persius liberior bruto dixit quod Calpurnius securior lyeo. Pan recolit siluas. sensus est: pan & dii agrestes qui pridem expulsi e siluis fuerant recisis nemoribus & lucis sacris redeunt ad habitationem primam securi numine augustali. Placido fonte. a nullis infestato militibus dum sitim sedare cupiũt, & recte dixit in fonte quoniam proprium est fontium numen nais ut iam diximus superius.

Seu cantare iuuat seu ter pede læta ferire
Carmina: nonnullas licet & cantare choreas.
Et cantus uiridante licet mihi condere libro.
Turbida nec calamos exurdãt classica nr̃os.
Numine Cæsareo securior ipse lyæo.
Con Pan recolit siluas & amena faunus in umbra
Securus recubat. placidoq; in fonte lauatur
Nais. & humanum non calcatura cruorem

Humanum cruorem. sanguinem sparsum toties bellis tumultuãtibus: cruor dicitur ex uulnere sparsus sãguis, Virg. in. 3. æne. luminis effossi fluidum lauit inde cruorem: hinc cruentato dicitur sanguine aspersus. itaq; cruentus puluis dicitur a poeta in secũdo ænei. ut quondam aterque cruento puluere. incruentam itaque uictoriam dicimus peractam sine sanguine. Siccato pede. sic superius ipsæ, affuerunt sicco dryades pede naiades udo. Oreas. Oreas est montium dea ὀρoυ enim græci montem appellant unde oreos herba in montibus nascens de qua Plinius libro. xxyii. Naturalis historiæ. Per iuga. per summa montium. Ouidius in epistolis hortari celeres per iuga, summa canes.

Iambus maledicus.
Chorea.
Chorus.
Chorus sublatus e comœdia
Locus Virg.
Chorea media breui.
Locus Iuue.
Classicum.
Classicuꝫ insigne impii
Lo. Virg.
Lyeus ũde
Liberior bruto
Nais dea fõtium.
Cruor
Cruentatus
Cruẽtus puluis
Incruenta uictoria
Oreas unde
Oreos herba

Diï præcor optat æuum ſempiternum auguſto principi. Hunc iuuenem auguſtum. Ab æthere: defecato elemento cuius naturam retinet diuinitate prædita3. Niſi fallor: parentheſis eſt. Poſt longa tempora uitæ: poſtquam diu uixerit. Reducite. ſcilicet ad ſedes æthereas unde nobis datus eſt. Vel potius mutat ſententiam, ut potius terris numen concedatur exoptans uitæ perpetuitatem. Reſoluite explicate ad perpetuam uitam & fila in ſtamen reducite, uitæ eius ſubminiſtrando.

De parcis

Parcæ unde

Per iuga ſiccato uelox pede currit oreas.

Dii præcor. hūc iuuenē quē uos (niſi fallor) ab Am.

Aethere miſiſtis poſt lōga reducite uitæ (ipſo

Tempora. uel potius mortale reſoluite pēſum

Et date perpetuo cæleſtia fila metallo:

Sit deus. & nolit penſare palatia cælo

Mortale penſum fila ſororum quibus humana3 regi autumant uitam poetæ: ſi quidē tres commenti ſorores: ex quibus alia penſum baiulare dicitur altera minuere. tertia truncare qua abruptione ſimul & cuiuſq; uita abrumpitur: Has parcas appellauerunt per contrariam dictionem q neminí parcant: unde dixit martialis nil adiicit pēſo lacheſis fuſoſq; ſororum explicat, & ſemper de tribus una necat. Iuuenalis ſatyra tertia du3 ſupereſt lacheſi qd torqueat & pedibus me porto meis nullo dextram ſubeunte bacillo cedamus patria: De his fulgentius in primo mythologicon, tria etiam ipſi plutoni deſtinant fata: quarum prima cloto: ſecunda lacheſis: Tertia atropos. cloto enim græce euocatio dicitur. lacheſis uero ſors nuncupatur, Atropos quoq; ſine ordine dicitur. hoc uidelicet ſentire uolentes q prima ſit natiuitatis euocatio, Secunda uitæ ſors quemadmodum quis uiuere poſſit, Tertia mortis conditio quæ ſine lege uenit: De parcis etiam fit mentio a lactantio in ſecundo diuinarum inſtitutionum his, cloto colum baiulat lacheſis trahit atropos occat unde etiā tres parcas eſſe uoluerunt unam quæ uitam hominis ordiatur alteram quæ conferat, Tertiam quæ rumpat ac finiat: Noctis aute3 filias parcas fuiſſe ſcribit heſiodus ī theogognia.

Cloto

Lacheſis ſors

Atropos ſine ordine

Ferrea aetas

Celeſtia fila immortalitatem. Perpetuo metallo: ætati ferreæ, quæ regnante auguſto aurea eſt, de aetatibus ſuperius diximus cæterum cur metallum ferrum appellarit uidebimus ſeu potiꝰ auri tāq̃3 aureā etatē ī gnar. aſſerat cū pricipe auguſto: Metallū āt ſcias tā de auro q̃ de ferro & ære dici a uerbo græco μεταλλαω qd ſignificat īdago & pſcrutor. talia .n. ſub terra inquirunt & ad metallū dānati dicunt. q ad fodiēdū metallū relegātur: & tales pene ſerui efficiuntur ut eſt inuenire libro primo inſtitutionum titulo quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur: Et ut ſcribit ulpianus ī. l. damnum. ff. de penis eſt pœna quæ adimat libertatem huiuſmodi ut puta ſi quis in metallum uel in opus metalli damnetur: Metalla āt multa nūero ſunt, & qdē puīciæ hñt qdā quædā ñ hñt. ſ3 quæ nō hñt eas in prouincias mittunt quæ metalla habent: ex his intelliges aperte quid ſint apud firmicu3 in ſexto matheſeos damnationes metalli. Sit deus, hic in terris. s. Penſare recōpenſate & permutare. Palatia romana. s. de palatiis imperatorum uide ſolinū in polhyſtore a palatio regio quarta romæ palatina nuncupabatur Varro in prio de lingua latina, Quartæ regionis palatium quod palantes cum euandro uenerunt qui etiam palatini & ab horigines ex agro rheatino qui appellatur palatium ibi conſiderunt, Sed hoc alii a palatia uxore latini putarunt: eundem hunc locum a pecore dictum putant quidam, Itaq; neuius balatium appellat: palatina rupes tyberim a fronte proſpicit a ſiniſtris celio a dextris exquilio ſūgit ut author ē fabius pictor in. i. de origine urbis pōpeius palatiū. i. mōs romæ appellatus ē q, ibi pecꝰ paſcēs balare ꝯſueuerit uel q palare. i. errare pecudes ſolerēt. uel q ibi hyperborei filia pallāto hiauerit, q ex hercule latinū pepit alii eūdē q pallas ſepultꝰ ſit aeſtimāt appellari. Tu quoq; mutata: ſēſus ē ſeu tu ſis iuppit ſb caeſare latēs: ſeu ſupū aliqs: uelis nobiſcū aeuū dgere ſēpitnū & captae īpare terrae. Mutata figura iuppī: ut toties īt mōrtales ṽſatꝰ uariis, formis. Sb falſa imagīe ñ ppa: & hoc ī laudē auguſti cuiꝰ fcā diuis aeqpat.

Metallū un.

Damnari ad metallum

Dānatio metalli apud firmicum

Palatium palatina Regio.

Palatia

Palatina Rupes.

Et enim hunc deprecor orbem.legendum est uiuas & hunc ex antiquo codice tali sẽsu:deprecor ut uiuas & hunc orbem inconcussis sustineas lacertis ut coepisti. Aeternos.fine carentes. Hos populos. Romanos:mundi partem:ideo precor dixit/quod uerbum minus est q̃3 deprecor ideo illo usus est ad totum respiciens orbem ĩ praecedenti uersu. Caeli uilis amor.ne cures caelicas sedes. Coeptam terram,quam regere incoepisti:in aliquibus exemplaribus legitur captam. Pater. nam nobiles imperatores patres patriae sunt appellati idest qui ob aliquod id facinus meruissent:Primus Cicero parẽs patriae romae nuncupatus est(ut scribit Pli.libro.vii.Naturalis historiae)Gratissimum fuisse inter caetera caesari annotauerunt quod parens patriae appellaretur/auctore tranquillo.

Precor

Deprecor

Cicero pens patriae

Tu quoq; mutata seu Iupiter ipse figura
Caesar ades.seu qs superum sub imagie falsa
Mortaliq; lates.Et eni hunc deprecor orbem
Hos precor aeternos populos r̃ge.Sit tibi caeli
Vilis amor.Caeptamq; pater ne desere terrã
Me. Rustica credebam nemorales carmina uobis
Concessisse deos.& obesis auribus apta.
Verum quae imparibus mõ cõcinuistis auẽis
Tam liquidũ tã dulce canũt ut nõ ego malim
Quod peligna solent examĩa lambere nectar
Cor O mihi quã tenero decurrunt carmina uersu.
Tum Meliboee sonent:si quãdo ĩ mõtibꝫ istis
Dicar habere larem.Si quando nostra uidere

Rustica credebam. Admiratur corydon grandiloquium stilum.qui existimabar rusticitatem meram eos redolere:quia dixit superius/Sed magnae munera romae non ita cantari debent ut ouile menalcae. Nemorales deos nemorum numina quae sunt siluani/panes/fauni/Satyri/nymphaeq; & semidei omnes. Concessisse.dedisse/& propria fecisse. Obesis auribus apta. Conuenientia pingui ingenio & crasso.obesum enim pingue appellamus:Virgilius in tertio Georg. argutumque caput breuis aluus:obesaq; terga:Docet Gellius libro.xviiii.noctium atticarum obesum pro pingui atque uberi dici.Et si ab ennio corpore pectoreq; obeso usurpatum pro exili atq; gracilento:Scribit Pli.libro.xxiiii.nat.hist.Semen ex foliis fraxini mederi iocineris & lateris doloribus in uino/aquam quae subit cutem extrahere/Et corpus obesum leuare onere Sensim ad maciem reducendo pingue ingenium uero dicimus crassum & obtussum/Cicero pro archia poeta cordubae natis poetis pingue nescio quid sonantibus. Verum.pro sed. Imparibus auenis.Cicutis septem fistulis compactis. Concinuistis.simul cecinistis. Liquidum.purum & defecatum. Lambere.lingere

Nemorales dii.

Obesus

Locus Ennii

Pingue ingenium.

Nectar.dulcedinem mellis:ita appellat poeta liquidum nectar in primo aeneidos.

Examina peligna.apes pelignae.examen enim proprie dicitur apum:Virgilius in q̃rto Georgicon/Incerta uolant coeloque examina ludunt cum de apibus loqueretur:peligna quoniam in pelignis faui caera spectabiles gignuntur/Sicuti in creta mellis copia Pli. in.xi.nat.hist.alibi enim faui caera spectabiles gignuntur ut in pelignis/Sicilia alibi mellis copia.Idem lib.iii.pelignos in quarta regione Italiae posuit.Peligni(ut scribit Pompeius)ex illyrico orti/inde enim profecti ductu uolscorum regis/cui cognomen fuit lucullo partem italiae occuparũt:huius fuerunt nepotes pacinus/a quo pacinates & pelicus a quo peligni. O mihi q̃ tenero.sensus est/& ordo/o q̃ sonabunt tum mea carmina quae nũc tenero uersu decurrunt.si quando mihi contigerit habere romae domum petit autem sub textu pudoris domum/& uillam quam fore causam grandioris promittit stili. In istis montibus.idest romanis. Nostra pascua.agellum nostrum. Vellit nam saepius aurẽ. in hanc insam ꝑtulit Iuue.Saty.iii.haud facile emergũt quoꝝ ṽtutibꝫ obstat res angusta domi.Et ut igt Oui.i prio tristiũ carmĩa ꝑueniũt aĩo deducta sereno siitq; uacuae carmĩa mentis opus. Vellit.mouet & leuiter ferit/sic Virgilius in sileno cum canerem reges & praelia cynthius aurem uellit & admonuit.

Nectar

Examen

Peligni

Pacinates

Obstat paupertas uirtuti.

Auris conſecrata memoriæ
Frōs Genio Digiti Mineruae Genua Miſericordiæ
Lo. Horatii.
ocus L Plau.

Autem quoniam auris conſecrata eſt memoriæ ſicuti frons genio digiti mineruae: Genua miſericordiæ/ut docet ſeruius/hinc eſt quod qui anteſtabant ſolebant aures teſtiū tenere & ita dicere memento ꝙ tu mihi in illa cāua teſtis eris/idq; agebatur ex lege.xii.tabularum:quare dixit horatius in primo ſermonum/Caſu uenit obuius illi aduerſarius Et quo tu turpiſſime magna exclamat uoce:Et licet anteſtari:Ego uero oppono 'auriculam: Et plautus in perſa: leno ad ſaturionem paraſitum nōne anteſtaris?& paraſitus tua ne ego cauſa carniſex cuiquam mortali libero aures atteram

Paſcua contigerit.uellit nam ſæpius aurem
Inuida paupertas. Et dixit uilia cura.
At tu ſi qua modo non aſpernanda putabis
Fer Melibœe deo mea carmina. Nā tibi fas eſt.
Sacra palatini penetralia uiſere phœbi.
Tum mihi talis eris, qualis qui dulce ſonātem
Tityron e ſiluis dominam deduxit in urbem.
Oſtenditq; deos. & ſpreto dixit ouili
Tityre rura prius. Sed poſt cantabimus arma
Reſpiciat noſtros utinam fortuna labores.

Inuida paupertas quoniam inuidet habentibus quaꝫ ob rem magis excruciatur:ſi quidem eſt ſemper inops qui cumq; cupit:contentus honeſto fabricius paruo ſpernebat munera reguꝫ ut cecinit claudianus in primo contra ruffinū:At nil habet infœlix paupertas durius in ſe q̄ quod ridiculos homines facit ut inquit Satyrographus poeta. Et dixit uilia cura:admonitio paupertatis ut ſuperius:duc ad mulctra greges:Et lac uenale ꝑ urbem non tacitus porta. At tu ſi qua:rogat melibœum ut ſi uideantur digna principe carmina/deferat ipſe cui ſemper eſt aditus ad auguſtum facilis. Naꝫ tibi fas:honeſta petitio poſſibilitatis.

Penetralia
Palati.phœbus.
Apollo Eboreus.
Locus Iuue.
Loc. Hora.

Penetralia:hæc ſunt penatium deorum ſacraria authore feſto. Phœbi palatini excitati ab auguſto:de quo tranquillus/templum apollinis in ea parte palatinæ domus excitauit.qua fulmine ictam deſiderari a deo aruſpices pronunciauerunt:plinius uidemus certe apollinem in bibliotheca templi auguſti tuſcani quinquaginta pedum a pollice dubium ære mirabiliorem:an pulchritudine:de hoc & horatius ſcripta palatinus quæcumq; recepit apollo:Alius fuit apollo eboreus in foro auguſti teſte plinio ubi cauſidici iudiceſq; uerſabantur ad quem alluſiſſe uidetur iuuenalis cum inquit ſatyra prima.Sportula deinde forum iuriſq; peritꝰ uappollo.Et horatius in primo ſermonum ſic me ſeruauit apollo:& ſi me non præterit ad phœbum palatinum id q̄ꝫ plurimos referre ex uerbis ſuetonii ita in auguſto ſcribentis cuꝫ mentionē feciſſet tēpli ab auguſto phœbo cōſecrati/quo in loco iam ſenior ſæpe ēt ſenatū habuit decuriaſq; iudicū recognouit. Tuꝫ mihi talis eris:Remuneratio beneficii:qualis qui dulce ſonātē:Mecœnantē intelligit.cui uergilius georgicum carmen dicauit:conſtat aūt poetaꝝ ſuæ tēpeſtatis alumnū fuiſſe mecœnateꝫ uirū apud auguſtū fauorabilē q̄ꝫtū q̄ſq̄ꝫ fuiſſet īpatoris olim:uñ dcū; ſit ab epigrāmatico poeta:ocia da nobis/ſꝫ q̄lia fecerat olim mecœnas flacco.uergilioq; ſuo:Et aliſint mecœnates nō deerunt flacce marones.

Mecœnas
Tytirꝰ Vir.
Geor. Virg.

Tityron/uergiliū q ſub pſona tityri in buccollicis ſuis inducit & eſt accuſatiuus græcus ex quarta declinatione æquiſyllabicorū quæ in os facit ut ο λογοσ του λογου&in actō τον λογον E ſiluis ex buccolico carmine in quo ſiluæ celebrantur & umbræ. Dñaꝫ urbē romā:& intelligit æneidē quæ in honorē principis romani & urbis romæ cōdita ē. Oſñdit deos.i.duces quos ipe celebrat & cæſares. Sp̄to ouili:relictis aeglogis. Priꝰ rura georgicū carm̄ qḋ ſeptēnio neapoli ꝯfecit reuerſoq; ab actiaca uictoria auguſto atq; reficiēdaꝝ uiriū cā atellæ cōmorāti ꝑ ꝯtinuū q̄driduū legit ſuſcipiēte mecœnate legēdi uicē quoties īterpellaret ipe uocis off. ſiōe autore donato. Cātabimꝰ arma.i.æneidē quæ pti ī ſicilia ptiꝫ ī cāpania.xi.ānis abſoluta ē ita

Aeneis
Reſpicere
Locus Virg.

poeta ꝑcinēte Arma uirūq; cāo:ad ꝙ alludit nūc poeta nr̄. Reſpiciat nr̄os:hic loqt amitas:exoptās labori & meritis erga prīcipē ſuis debitū p̄miū. Reſpiciat p̄mi& cūulet & muneret.Solet.n.quos reſpicit beare fortūa.itaq; uirg.hoc uerbo uſꝰ ē ī buccolicis lib̄tas quæ ſera tñ reſpexit iertē cādidior poſtq̄ tōdēti barba cadbat/reſpexit tñ & lōgo poſt tpe uēit ubi reſpexit excitauit ſiptādū ē. Meritæ iuuētæ nobis ſeruitute& obſeqo nr̄o id merētibꝰ

Mactabimus hedū:mactare est ad multa uerbū alias.n.significat occidere alias honorare alias imolare atq; magis augereq; sacrificantes ita frugibus & homo sale uinoq; magis augere uictimas solerent ad quā rē spectat illud poetæ ex secundo æneidos.mihi sacra parari & salsæ fruges & circū tpa uitæ.& illud nasonis ex decimoquinto methamorphoseon imponiq; suæ uidet inter cornua fronti quas coluit fruges:salustiusq; id tetigit his uerbis &far qd dicitur mola salsa q̄ & frons uictimæ & foci asperge bantur & cultri:mactare quoq; significat malo afficere:plautus in amphitryone At ego certe cruce/& cruciatu mactabo exi foras mastigia:& in curculione non ædepol nūc ego te mediocri macto īfortunio

Ami Pulchrior & meritæ faueat deus ipse iuuentæ
Nos tamen interea tenerū mactabimus hedū.
Me Et pariter subitæ peragemus fercula cœnæ
Nunc ad flumen oues deducite. Iā fremit æstas
Iā sol cōtractas pedibus magis admonet ūbras

sed eapse illa qua mactare soleo quoi nihil debeo:In amphitryone uero ad sacrificiū allusit ita loquēte mercurio /sacrifico ego tibi & interrogāte amphitryone q̄ntūdet mercurio quia n.te macto:hinc macte quoq; dixerunt qi magis aucte & cumulate authore porphirione: horatius.i.i.sermonū.macte uirtute esto igt īnia dia catōis. uirgi.macte noua uirtute puer cicero in.i.tusculanaꝝ q̄stionū.macte uirtute ego.n.ipse cū eodē ipo nō inuitus errauerim pli.in laudē astrologoꝝ macti ait ingenio & celi interpretes reꝝq; naturæ capaces.Statius in yii.thebaidos.macte aio iuuenis. hedū teneꝝ:non redolentē hircū cuius caro iter adiiciales epulas & sūptuosas rusticoꝝ ducit:qūo cōdiat & hedus & agnus & q̄ plurimis modis docet.apicius in.yii. Et pariter subitæ:his.n.inuitant ad cœnā suā meliboeū. Peragemus:pficiemus: pagere reū significat cōdēnare:& ut ait iureꝯsultus peregisse reū nō alias quis uidet nisi & cōdēnauerit. Ferculū a ferēdo dcū:& sūt pprie fercula cibaria uarie ꝯdita quæ interuallo quoddā mēsæ apponūt:ut in hanc sniaꝫ illud satyrographi poetæ itelligas quis fercula septē secreto cœnauit auus /hoc ē quis ūq̄ꝫ antiquoꝝ res septē modis cōditas & istructas cœnauit sibiq; apponēdas curauit:quo.n.multiplicius ē genus cibarii hoc luxuriosius & sūptuosius. Subitæ cœnæ:subito apparatæ. Nūc ad flumē oues:aduesperascente hora monet pduci oues ad flumina:de qua re i sequēti æcgloga ex authoritate uirg.colūellæ & cæteroꝝ plura docebimus. Iā fremit æstas:æstuat:ut dicit mare fremere sed ego puto id pp auiū cantū dici ut sit ꝯsimile uergiliano illi littoraq; alcyonē resonāt fremere ē magnū sōare:qui sōus peculiarit ab auibꝯ cū aduesperascit efficit: ut intelligas fremit hoc est resōat.uel ex auiuꝫ cātu uel cicadaꝝ:marcellus fremere & frendere hoc differūt.quia ē fremere magnū sōare ut apud uirg.i.yi.æneidos fluctibꝯ &fremitu assurgēs benace marino:frēdere alicubi cū gemitu uel iracūdia miserū aut minax.uerg.i iii.æneidos luminis effossi fluidū lauit inde cruorē dētibꝯ ifrēdēs gemitu:pacuuius in antiopa frēdere noctes miseras. Iā sol cōtractas:sensus ē iā ūbræ maiores fiūt pedibꝯ nup cōtractæ quæ fuerāt cū.n.describat tps uespertinū & nihil aliud sit nox q̄ꝫ umbra terræ ut scribit pli.i.ii. itelligēduꝫ. Admonet umbras cōtractas/ptrahit in longitudinemq; pducit admonere.n. duo significat & cōmonefacere ut apd̄.M.T.i uerrē de signis /recte admōes policletum eē dicebāt & ferire pcutereq; ut apd̄ uerg.lib.x.æneidos leucagus ut pnus pēdēs i uerbera telo admonuit biiugos author/marcellus.i qbꝯdā uero codicibꝯ legit admouet q̄ significabit a ppīq̄t qm̄ existēte sole i medio cardine cæli magis umbræ cōtrahunt nemini āt dubiū ē ūbrā corpꝯ hūanuꝫ in sole semp ꝓsequi q̄ in occasuꝫ cadat oriente sole & in ortuꝫ cū sit occiduꝯ/medio āt die qa sol meridiē tenet i septētrionē depellit/in austꝝ ūo circa nrāꝫ hīarionē īpossibile ē umbrā cuiuslibet corpis cadere quia semp i aduersā soli ptē umbra iactat/ad ūsꝯ āt austro ap̄ nos sol eē n̄ potit/cū nūq̄ fines septētrioales attigat au.Ma.anotatū ē i syene oppido qd̄ ē supra alexādriā quiq; millibꝯ stadioꝝ(ut scr.pli.in.ii.)solstitii die medio nullā ūbrā iaci puteūq; eiꝯ expīmti gr̄a factū totū illūinari hic dictū ē a Luca. atq; ūbras nusq̄ꝫ flectēte syene ꝯstat.n.uel ex auc.Mac.sole certā cācri ptē igrediēte id fieri/figura ūbrae teste pli.similis ē metae/& turbini iuerso.Cōtractas pedibꝯ.q̄ sole existēte i supma pte caeli istrigebāt ad pedes fit.n.ut sine ūbra nūq̄ꝫ corpꝯ exist at hūanū q̄ si malis itelliger hæc eē signa æstatis icūbētis,dicas fremit æstuat & magis istringit ūbras pedibꝯ.

Mactare.
Locus uerg.
Locus Oui.
Locus plau.
Macte.
Macte uirtute
Macti ingenio
peragere reū
Fercula.
Locus iuue.
Fremere
Frendere
Nox terre umbra
Admonere
Vmbra corporis humāi
Syene oppidum
Puteus syenes
Locus lucā.
Enarratus lucanus
Vmbræ figura

DIOMEDIS GVIDALOTTI BONONIENSIS COMMENTARIA IN QVINTAM CALPVRNII SICVLI AEGLOGAM.

MYCON PATER ET CANTHVS FILIVS DIDASCALICA AEG.Y.

f Orte myco̅ senior ca̅thusq; myco̅is alu̅nus
Torrentem patula uitabant arbore solem.
Tum iuueni senior praecepta daturus alu̅no
Talia uerba refert tremulis titubantia labris.
Quas errare uides inter dumeta capellas — My.
Canaq; lasciuo concidere gramina morsu

f ORTE. Mico̅: Senior. In hac quinta aegloga ducitur senex mycon cantum alumnum admonere sup pecuaria: quae scilicet habenda sit cura pecudibus & capellis, quod tempus pascendi, quod mulgendi, qdq; intra ouilia & stabula cibandi, quo pacto agni educentur teneri & lactentes: quae ue sit dilige̅tia lanitio adhibenda: & haec omnia paucis restrinxit poeta quae a nobis a̅tiquorum ex auctoritate scriptorum erunt fulcienda primis quattuor uersibus loquitur poeta. & quasi argumentu̅ aeglogae huic facit, deinde Myconem inducit alumno suo praecepta dare infra scripta. Senior. pro senex ita. n. utuntur poetae ut participium ponant pro positiuo: Seniores qui — Seniores apud antiquos a. xl. anno usq; ad sexagesimum appellatos in quarto aetatu̅ gradu fuisse auctor est censorinus de die natali: Scribit Marcellus aetatem mala̅ senectutem ueteres dixisse, unde et senium tedium. & odium dictum. q senes omnibus odio sint, & tedio: Senium — Caecilius in ephestione tum in senectute hoc deputo miserrimum, sentire ea aetate eum ipsum esse odiosum alteri. canthus. — Canthus alumnus. κανθος dicitur a graecis oculi angulus unde forte nomen hoc assumptum a calpurnio q hic esset ta̅q̅ oculus Myconi carus de cantho ita fit mentio a silio in. xv. at canthus rutulum canthus possessor harenae qua celebre inuicti nomen posuere phileni. Alumnus. — Alumnus. a mycone educatus & dicitur alumnus qui educat & qui educatur. q̅q̅ sint q alumnum tantum esse putent qui alatur & dicitur ab alendo aliquando tamen alumnus & ille qui nutritur appellatur ut apud Vergilium in. vii. aeneidos nec non & tityon terrae omniparentis alumnum. Solem torrente̅ Error peroti. — exurente̅: de qua dictione supius. Patula arbore. lata & patenti. un̅ & Plautus patulum Patulo bos a plauto. — bouem appellauit cuius cornua diuersa paterent. Daturo p̄cepta. admo̅ituro alumnu̅ canthu̅. Titubare. — Tremulis titubātia labris. exprimit motu̅ senile̅ titubāt. n. uerba senilia titubare āt ut notat Mar. significat trepidare. M. T. philip. lib. quarto titubare hesitare quos euertere nescire Virg. in quinto Aenei. uestigia presso haud tenuit titubata solo Tere̅. in heauto. ne qd illa titubet Apu. in. vii. de Asino aureo hic quoq; suu̅ neq̅ssimu̅ factu̅ in me retorsit gregariisq; oi̅bꝫ affirmauit me spo̅te uicinorum foculos tra̅seu̅te̅ titubanti gradu p̄lapsu̅: Titubantia apd a̅tiquos quoq; dicta e̅ uacillatio & est uetustissimu̅ uerbu̅ talipedare qd significat uacillare & titubare. Titubantia Tremebu̅da senectus. — Tremulis labris. Tremunt. n. senes unde & tremebu̅da senectus. Iuue. Saty. decima una senu̅ facies cu̅ uoce treme̅tia membra. & ia̅ laeue caput madidiq; infantia nasi. Errare — Quas errare uides. demo̅strat ca̅tho capellas quas illi educa̅das tradit mo̅itis i̅seque̅tibus. Errare. pasci ut expo̅it Ser. sup eo Virg. in buc. ille meas errare boues ut cernis & ipm ludere quae uelle̅ calamo p̄misit agresti: co̅simile est illud in alexi mille meae siculis erra̅t i montibꝫ agnae. & in primo aeneidos tris littore ceruos p̄spicit erra̅tes. Dumis gaudent capellae — Inter dumeta capellas: hoc dixit q̅m maxi̅e dumis gaude̅t capellae & ut i̅qt Colu. li. viii. Locus Verg. — rei rust. id ge̅us du̅eta potius q̅ ca̅pestre situ̅ desiderat un̅ dictu̅ e̅ a Vir. i. 3. Geor. pascitur uero siluas & su̅ma lycaei horre̅tisq; rubos & ama̅tis ardua du̅os cu̅ d̄ capris loq̄ret. Co̅cidere. to̅dere: cana gramia. i. cane̅tia pp rore̅ quo inspsa prata ca̅nescere uide̅t. Ex ubertate lasciuiunt caprae. — Lasciuo morsu. q̅m ex ubertate herbae magis lasciuiu̅t & ut i̅qt Co. d̄ capro du̅ uberiꝫ alit̄ m̄rem stupro supue̅it, & ideo ante sex annos consenescit q immatura ueneris cupidine primis pueritiae temporibus exhaustus est: itaq; quinque̅nis parum idoneus habetur foeminis implendis.

Canthe puer. ordo eſt: quos greges o canthe puer a monte remotos cernis carpere gramina in campo hos ego pater ſenior tibi trado. Aprico campo. ſoli expoſito. Do ſenior iuueni. Dare eſt proprie dominiũ tranſferre & rem accipientis facere ut notant iureconſulti. Itaq̧ ſignificat hic eius facere proprias: Scribit Paulus iureconſultus de uerborum & rerum ſignificatione dediſſe etiam intelligendũ eſſe illum qui permutauit uel compenſauit.

Date apͩ iureconſultos

Canthe puer quos ecce greges a mõte remotos
Cernis in aprico decerpere gramina campo.
Hos tibi do ſenior iuueni pater: ipſe tuendos
Accipe. iam certe potes inſudare labori.
Iam pro me gnauam potes exercere iuuẽtam
Aſpicis ut nobis iam pridem mille querelas

Tuendos accipe. nõ tam intelligit deffendendos contra lupos & inſidiatores q̃3 frigus æſtum & famez quibus maxime uexantur. Iam certe. iuſta cauſa traditionis, nam iuuenis qui eſt robuſtior neceſſarios magis poteſt tolerare labores q̃3 ſenex, quoniam (ut ſcribit Columella) Magiſter huiꝰ pecoris debet eſſe acer, durꝰ ſtrenuus, laboris patientiſſimus alacer atq̧ audax. ut qui per rupes, per ſolitudines per uepres facile uadat & non ut alterius generis paſtores ſequatur. Inſudare. ualde ſudare, prouenit autem ſudor ex labore maximo minuſq̧ inter laborandum q̃3 cum a labore deſiſtimꝰ quam cauſam refert Ariſtoteles in problematis prouenire. q̧ cum laboramus carnis foramina retento ſpiritu obſerantur. cum autem relaxauimus aperiuntur. quo fit etiã ut ſpũ retento minus ſudare poſſimus. Gnauam iuuentam. ſtrenuam & fortem Nauus enim celer & ſtrenuus dicitur a nauium ſtrenuitate: ut auctor eſt Pompeius: hinc nauare operã dicimus rem celeriter & ſtrenue perficiendo. Cicero in Tertio epiſtolarum. ut quũ tibi hic ſatisfecerimus iſtic quoq̧ noſtram beniuolentiam nauare poſſimus: e contra uero ignauꝰ dicitur piger & deſidioſus. Plautus in caſina ſenecta ætate unguentis plirus ignaue icedis Ignauit pro ignauum fecit dictum eſt ab actio ſed ſæpe ignauit fortem in ſpe expectatio.

Cur minus inter laborãdũ ſudemus
Nauus unͩ
Nauare opã
Ignauus
Ignauit
Exercere

Exercere. fatigare in quem ſignificatum accipe illud Terentianum in adelphis, ego te exercebo hodie ut dignus es ſilicerniũ3: alias auctore Marcello ſignificat agitare uel commouere. M. T. de officiis libro primo exercenda eſt etiam facilitas & altitudo animi. Virg. æneidos libro quinto nate iliacis exercite fatis. Aſpicis ut nobis. incommoditates ſenectutis recenſet, ut inde ſit manifeſtum eum nõ bene curare laborioſa. Pridem. in aliquibus codicibus inuenitur dudum eodem ſignificatu. Mille querelas: ex uariis morbis ſenes inuadentibus. unde cecinit Iuuenalis ſatyra decima, Sed q̃ continuis & quãtis lõga ſenectus plena malis deformem & tetrum ante omnia uultum diſſimilemq̧ ſui deformẽ pro cute pellem pendenteſq̧ genas & tales aſpice rugas qualis umbriferos ubi pandit tabraca ſaltus, In uetula ſcalpit iam mater ſimia bucca: ædepol & ſi nihil quicq̃3 aliud uitii apportet ſecum ſenectus cum aduenerit unum id ſatis eſt q̧ diu uiuendo multa quæ non uult, atq̧ ea quidem quæ non uult: ſæpe etiam adoleſcentia incurrit ut auctor eſt Cicero in Catone: Plautus in menechmis confitus ſum ſenectute onuſtum gero corpus, uires reliquere ut ætas mala eſt. Baculum premat. quoniam greſſus ſuos baculo ſenes dirigere conſueuerunt: Iuuenalis Satyra tertia. Et pedibus me porto meis nullo dextram ſubeunte bacillo eſt enim bacillus diminutiuum a baculo Βακτηρία a græcis baculus dicitur Scipio pro baculo frequenter inuenitur a quo Scipio Cornelius qui patrem luminibus captum pro baculo regebat cognomen accepit. Macrobius in primo Saturnalium Non aliter dicti Scipiones. niſi q̧ Cornelius qui patrem luminibus carentem pro baculo gerebat Scipio cognominatus nomen ex cognomine poſteris dedit tu tamen corrige codicem ibi deprauatum ubi gerebat pro regebat paſſim legitur: horum familia romæ ſpectariſſima fuit & uirtute & nobilitate præcipueq̧ in africa inuicto nomine ferebatur. unde a cæſare deductus eſt ad eius expeditionem ſalutio quidam deſpectiſſimus in turba (ut auctor (eſt Suetonius in dictatore:)

Locus Terẽ.
Incõmoditates ſenum.
Aetas mala, ſenectus
Bacillus
Scipio
Codex Macrobii emaculatus.
Scipionum nomen inuictũ i aphrica:

Salutio

Locus Sue.

Non omnia possum͛ omnes.

ad eludendas uaticinationes.qm̃ ex gente cornelioꝝ esset cui ad opprobrium uitæ salutioni congom̃ erat inditũ,a salutione mimmo quodã infami pp moꝝ similitudinem: ut auctor est Pli.in septimo nõ ꝙ nemini foret saluti.ut autumant aliqui quos & si locus iste Pli. prærerit.non miꝝ.quoniam non possumus omnes omnia:& ut inquit illæ cædimus inq uicem præbemus crura sagittis. Plinii uerba subscripsimus. ut euidentius iudicent docti ingenue nos non arroganter aliquem taxare sed ad utilitatem spectare semper legentiũ & addiscere cupientiũ: eiusdẽ familiæ scipioni post gneum cognomẽ salutio mimmus de dit/Sicut spinrer secundanus rettariusq; pamphylius collegio lentuli & metelli consuluȝ

Afferat & baculum premat inclinata senectus
Sed qua lege regas & amantes lustra capellas
Et melius pratis errantes mollibus agnas
Percipe.uere nouo cum iam tinnire uolucres
Incipient.nidosq; reuersa lutabit hirundo

Silicemii

Silicernium

Curuata Anus.

Percipe Audi.

Inclinata senectus.curua & inflexa:uñ & silicernios senes dixerunt auctore placiade in curuos quasi iam sepulchroꝝ suoꝝ silices aspicientes:uñ & cincius alimetus in historia de Gorgia leontino ita scribit.qui dum iam silicernius sui finem temporis expectaret si mori non potuit tñ infirmitatibus exultat. Et si sciam silicernium auctore Pompeio esse gẽus farciminis quo a fletu familia purgabatur:dictum autem silicernium quia cuius nomine ea res instituebatur/is eam silentium cerneret:unde dictum sit a Cecilio credidi silicerniuȝ eius me esse esurum: Apuleius in quarto de Asino aureo ita senio anum cõsectam curuatam dixit cuius subscripsimus uerba: Ibi cum singuli irrepsissent stipatis artubus,nobis ante ipsas fores loro ualido destinatis anum quãdam curuatam graui senio cui soli salus atq; tutela & iuuenum commissa uidebatur sic infesti compellant. Sed qua lege.primũ de grege caprino instruit alumnum moxq; ouili gubernando.& est ordo: Sed percipe qua lege regas capellas amantes lustra.& agnas errantes melius in pratis mollibus. Amãtes lustra.hoc est dumos in quibus precipue lustra feræ conficiunt.ut lepores: Percipe. audi ut apud uirg.in primo æneidos qua facere id possis nostram tñ accipe mẽtem pro audi ut exponit Seruius. Vere nouo.Imitatio uirgiliana sic.n.illæ At uero zephiris quum læta uocantibus æstas in saltum utrunq; gregem atq; in pascua mittes,hoc est aduentãte uere quo flare zephirus incipit. Incipient tinnire uolucres.idest cum aues aduentu læte ueris uersiculos incipient edere suos. Tinnire.perstrepere unde tinnit͛ sonitus dicitur.Ouidius in Tertio fastorum ecce nouæ uolucres coeunt tinnitibus actæ.Plaut͛ in casina ohe iam satis uxor est comprime te nimium tinnis.Plinius de apibus in.xi.gaudent plausu atq; tinnitu æris eoq; conuocantur: Tinnitus ut scribit Diomedes est materiæ illuso tenui sono auditionem augens: Titinnire quoq; dicimus quod auctore Marcello significat sonare,unde & Titinnacula sunt dicta. Afranius in uopisco Titinnire ianitoris impedimenta audio. Nigidius libro.xviii.itaq; ex remis aliatibus titinnat: Titinnare dicuntur quoq; aures cum quendam resultantem reddunt sonum quasi paruum continuum sibilum in queȝ significatum prolatum est illud a Catullo Titinnant aures gemina teguntur lumina nocte:putat Plinius libro.xxviii.naturalis hist.absentes presentiri sermones tinnitu aurium/itaq; hodie superstitione quadam quoties aures titinnant ab aliquo absente de se uerba fieri concipiunt:dat remedium Plinius in.xxiii.oleum amygdalinum contra grauitatem auditus sonos incertos & tinnitus. Lutabit.ex luto componet:lutei ædificii inuẽtor fuisse dicitur doxius celii filius exemplo sumpto ab hirundinum nidis ut auctor est Plinius in vii.nat.hist. Reuersa hirundo.quae uere ad nos nouo prodit nec ex qua satis cõstat regione propter.quod ignota dicitur ab ouidio idest cuius aduentum ex quo sit nesciam͛ loco.Ita enim.Reliquit in primo fastorum cum de uere loqueretur. Tũc blandi soles ignotaq; prodit hirundo & luteum celsa sub trabe figit opus: Thebarum tecta negatur subire hirundo.quoniam urbs illa saepius capta sit:nec bizenis in thracia propter scelus Terei Auctor est pli.in.x.cecinam uolaterrauum equestris ordinis triumphatorem hirundines ꝯprehensas in urbem secum attulisse uictoriae nuncias & amicis mittere solitum cum in

Tinnire

Tinnitus

Titinnire

Titinnacula

Locus Catu.

Absentes sentiri sermones aurium tinnitu.

Lutare

Inuẽtor lutei aedificii quis

Locus ouidii

Non subit hirundo thebarum tecta.

Hirũdies nũcie uictoriae.

eundem remearent nidum illito colore uictoriæ: Tradit & Fabius pictor in annalibus suis
cum obsideretur præsidium romanum a ligustinis hirundinem ad se cum epistola allatam
ut lino ad pedem eius alligato nodis significaret quoto die adueniente auxilio eruptio fie
ri deberet: hinc exiit illud satyrographi poetæ Satyra quarta tanq̄ diuersis partibus orbis
Anxia præcipiti uenisset epistola penna. Protinus. statim notat caper protenus per. e.
aduerbiũ esse locale. idest por
ro tenus. protius per. i. ad/ Locus Iuue.
uerbium esse temporale quod Protenus,
significat statim. Protinus Protinus
ut expõit Seruius in enarratio
ne eius carminis Virgiliani in
quarto Georgicõ protinus aerei
mellis celestia dona exequar. si
gnificat deinceps & extinde.

Protinus hiberno pecus omne mouebis ouili.
Tunc & enim toto uernanti gramine silua
Pullat. & æstiuas reparabilis inchoat umbras
Tum florent siluæ. uiridisq; renascitur annus
Tum uenus & calidi scyntillat feruor amoris

Omne pecus. & caprinum
& ouile. Hiberno ouili. sta
bulo ad tolerandum frigus constructo. quod esse debet sepositum a uento & contraposi/
tum hiberno soli ut docet his Virgilius in. iii. Georgicon Et stabula a uentis hiberno op/
ponere soli ad mediuz conuersa diez quum frigidus olim iam cadit extremoq; irrorat aq̃/
rius anno. Pullat. pullulat & crescit inde pulluli dicuntur in plantis eo q̄ pullulent &
crescant. Plinius libro. xvii. nat. hist. nullis uero tales pulluli proueniunt nisi quarum radi/ Pulluli
ces amore solis atq; hymbris in summa tellure spaciantur: iidem pulli appellantur. pulluz Pulli
enim dicimus ætatis nouellæ & non tam pullum dicimus de pecude natum ut existima/ Contra uallã
uit quiddam q̃; de arbore & planta. cato de Re rustica/ propagatio pomorum aliarumque
arborum ab arbore abs terra/ pulli qui nascentur eos in terram deprimito extollitoq; pri/
morem partem uti radicem capiat: pullare & pullulare significat crescere Plinius in. xvii.
Natura & plantaria demonstrauit multarum radicibus pullulare sobole densa. Vernã Pullulare
ti gramine. uirenti & uer designanti: nam ut inquit Ouidius in primo Fastorum/ omnia
tunc florent. tunc est noua temporis ætas. Et noua de grauido palmite gemma tumet. Et
modo formatis operitur frondibus arbos prodit & in summum seminis herba solum: dici
tur autem uernare gramen cum reuirescit uerno ei tempore hoc est ueris famulante: uer/ Vernare
nare dixit Plinius anguem cum hiberno situ membranam corporis obductam fœniculi Vernat An/
succo exuit. Reparabilis. quæ reparari potest uere unde & reparabilis echo / contra/ guis
rium est irreparabile ideoq; irreparabile tempus dicitur a Virgilio quod nullo modo repa Reparabilis
rari potest: hic reparabilem syluam intellige quæ succisa renascatur repararique possit hoc Irreparabile
est ceduam: cedua enim silua appellatur quæ succisa rursus ex stirpibus aut radicibus rena Silua cedua
scitur ut notat paulus/ iureconsultus de uerborum & rerum significatione. Tum flo
rent siluæ. sumptum ex palemone Virgiliano sic enim illæ nunc frondent siluæ nunc for
mosissimus annus. Tum uenus & calidi. Adueniente uere sicuti aperiuntur omnia &
quodam ueluti succrescendi excitantur stimulo. Ita in uenerem animantes proniores fiũt
hincq; aprilem mensem ueneri dedicarunt de quo satis superius/ Lucretius in primo Nã
simulac species patefacta est uerna diei Et reserrata uiget genitabilis aura fauoni Aeriæ
primum uolucres te diua tuumque significant nutum perculsæ corda tua ui. Scyntillat Scyntilla
ardet exestuat: Scyntilla ut annotauere grammatici est proprie ardens: ut silicis scyntillaz Fauilla
excudit achates: fauilla uero extincta ut in. vi. æneidos reliquias uino & nigram lauere fa/
uillam. Calidi amoris. ab effectu q̄ homines & feræ eo calescant naz quid genus om
ne creat uolucrum nisi blanda uoluptas nec coeant pecudes si leuis absit amor ut inquit
Oui. in quarto fastorũ. Lasciuum pecus. luxuriosum & in uenerem pronum/ nam & a/
gni dicuntur a Columella subito lasciuire nati/ ut sit epitethon pecudis. Accipit. subit
Salientes hircos. Ineuntes pecudes: est enim proprie salire pecudum concubentium Salire.
unde Ouidius in secundo de arte amandi. Læta salitur ouis tauro quoq; læta Iuuenca
est: Varro in secundo de re Rustica neq; pati oportet minores q̃z bimas saliri. q̄ neq; natũ
ex his idoneum est necnon ipsæ etiam fiunt deteriores.

Hircus. Aries. Tragus apud martialem. Tragoedia unde.

Hircos maritos caprarum sicut aries est ouium. τραγὸς graece. hircus latine dicitur. Martialis ideoq; foetorem alarum significant quem hircum appellare solemus graece pnū clauit ita in. xi. scribēs inde tragus celeresq; pili mirandaq; matri barba nec in clara balnea luce placent. Sunt qui hinc tragoediam denominatam uelint q̄ olī hircus esset tragoediae & tragici carminis praemiū ad qd allusisse uidetur horatius illo uersu carmine qui tragico uilem certauit ob hircum.

Lasciuumq; pecus salientes accipit hircos
Sed non ante greges in pascua mittito clausos
Quam fuerit placata pales. Tu cespite uiuo
Pone focum geniumq; loci faunumq; laremq;
Salso farre uoca. tepidos tunc hostia cultros
Imbuat. Atq; etiam dum uiuit ouilia lustra

Locus hora. Pales dña pastorum. Focus. Locus tibulli. Locus uirgi. Vocatus. Genius loci.

Sed non ante greges admonet canthum ut antequā educat e stabulis gregem deos placet. Sic hesiodus i primo georgicon hostia mactet hymnos cane. thura ministra ut tibi dii faueant immensaq; copia rerū hinc tibi nascatur. Sed placandam palem esse censet īprimis quia ipsa est pabulorū dea & pastorum domina. unde dixit ouidius in quarto fastorū. Et nos faciamus ad annum pastorum dominae grandia liba pali ideoq; uirgilius pecuariā docens cecinit. Nunc ueneranda pales. hanc esse pecori praepositam designans deam.

Faunus. Lar. Mola. Far cāpanū. Vinum falernum. Oleum uenafranum.

Greges clausos. qui hyeme in stabulis occlusi fuerūt. Placata pales quomodo placetur uideto diffusius apud ouidium in quarto fastorum. Pone focum sterne locum ubi fiat ignis. focus enim est proprie ubi ignis fit. itaq; intellige apud tibullū & meus assiduo luceat igne focus. i. locus igni deputatus: & apud uirgilium in buccolicis. ante focū si frigus erit. Viuo cespite terra cum herba auulia. Voca pro inuoca ut auditq; uocatus apollo pro inuocatus. Genium loci fuit religio antiqua ut quemcumq; locum suū habere arbitrarentur genium & ut superius ad declarationem persii rettulimus ex authoritate seruiana plerumq; per anguem denotabatur: hinc ē q̄ faunos nymphas dryades oreadas & cetera numina uariis rebus praefecere: de genio etiam ex censorino plura rettulimus quae repetere superuacaneum uidetur ad finē praecipue nobis contendentibus. Faunum pastoralem deum. Larem domesticum numen & cuiusq; peculiarem domus

Salsa res. Sales plauti. Insulsa res.

Farre salso. molam intelligit. quae fiebat farre & sale molito. uirgilius in pharmaceutria sparge molam & fragiles incende bitumine lauros: ubi exponit seruius molam far & salem: pompeius. Mola uocatur etiam far tostum & sale sparsum q̄ eo mollito hostiae asperguntur de farre superius. sed & hoc addito far campanum praecipuum esse ut uinum falernum: & oleum uenafranum authore uarrone in primo de re rustica: de sale autem & quomodo conficiatur & genera eius & in quibus nascatur locis docet plinius libro. xxxi. sal maxime ad usum confert humanum ut pote cū quo condiantur omnia fere. ideo res quae succum & genium habeat salsa dicitur. unde plautini sales ab horatio dicuntur in arte poetica: e contra insulsam appellamus illepidam & nullius aculei: lucretius uescum salem nuncupauit in primo q̄ eo uescamur hoc uersu: Nec mare quae impendent uesco sale saxa peresa docet cato de re rustica quo pacto fiat sal candidius.

Hostia unde. Hostire. Cultri. Culter uenatorius. Cultris lapideis circūcidebant iudei. Imbuere.

Hostia uictima dicta ab eo q̄ hostire est ferire quoniam in sacrificio feriebatur ut author est pompeius. Tepidos cultros propter sanguinem tepidum quo cultri inficiuntur dum percutitur hostia: cultri enī sunt ad conficiendam hostiam gladii breuiores. Ouidius libro. xv. metham. percussaq; sanguine cultros inficit in liquida praeuisos forsitan unda: est & uenatorius culter de quo tale est distichon apud martialem. si delecta gemes longo uenabula rostro hic breuis in grandem cominus ibit aprum: de hoc fit etiam mentio a suetonio in claudii caesaris uita his uerbis. Reperti equestris ordinis duo in publico cum dolone ac uenatorio cultro usus fuit apud iudeos cultris lapideis ut se circuncideret de qua re fit mentio in iosue fac tibi cultros lapideos & circuncide secundum filios israel. Imbuat hic inficiat significat. ut apud ciceronem de finibus bonorum & malorum accidit mors quae quasi saxum tantalo semper impēdet tum qui est imbutus quietus esse nunquam pōt. Dum uiuit singultās. s. palpitans.

Lustra.circunda & purga:lustrum enim inde spacium dictum est quinquennale q eo tempore urbem lustrabant hoc est purgabant. Nec mora tunc campos.distinguit pa/scua sicut superius/amātes lustra capellas/& melius pratis errantes mollibus agnas. Or to sole dabis Ita præcipit Virg.in.3.Georgicon Luciferi primo cum sydere frigida rura carpamus dum mane nouum dum gramina canēt:quam legem secutus est Columella in octauo testimoniū citans Vir/gilianum. Simul.ut primum

Nec mora tunc cāpos:ouibus dumeta capellis
Orto sole dabis simul hunc accedere montem
Cœperit ut primæ spacium tepefecerit horæ:
At si forte uaces dum matutina relaxat
Frigora sol tūidis spūent tibi mulctra papillis
Implebis quod messe fluat. Rursusq premēt
Mane quod occiduæ mulsura redegerit horæ

Accedere.scandere.s.mon tem/nam cū oritur sol est mon te inferior quem occupat sen/sim dum ascendit. Spacium primæ horæ.intellige primam partem diei:diuidebantur enim dies in primam secundā & ter/tiam usq ad nonā horā uariis rebus distributi de qua te mar/prima salutantes atq altera ɔ/tinet hora:Exercet raucos tertia causidicos:In quintam uarios extendit roma labores.Sexta quies lassis/Septima finis erit.sufficit in nonam nitidis octaua palestris.Impetat extructos frangere nona thoros quod tetigit & Iuuenalis Satyra prima ipse dies pulchro distin/guitur ordine rerum/sportula deinde forum/iurisq peritus apollo:hic tamen intelligenda est diei diuisio in horas pastorias non ciuiles. Hunc montem.Δικτικος est. Tepe/fecerit.tepidum fecerit radiis immissis. At si forte uaces si erit ocium. Matutina fri/gora.quæ non adhuc orto sole frigus reddere consueuerunt. Relaxat.tepore suo au/fert & mollia reddit aperitq. Spument Mulctra.lacte spumoso impleantur:spumare.n. dicitur lac q spumosum fit & spumam faciat:Virg.i tertio Georg.q̄ magis exhausto spu/mauerit hubere mulctra læta magis pressis manabūt hubera māmis:Despumate apud p/sium uero concoquere significat Satyra quarta cū inquit stertimus indomitum qd despu/mare falernum sufficiat:Mulctra uero hic p mulctranis posita ut apud Virg.spumauerit hubere Mulctra superius.n.docuimus ex auctoritate seruiana mulctrare esse uas in quod mulgetur mulctram uero mulgendi tempus:ego tamen esse hic legendum puto spumet tibi mulctra singulariter hoc est mulgendi tempus pro ipsis uasis & tamen mulctra p ipso uase accipitur ut ap Col.in.viii.Sed mulctra cum est repleta lacte non sine tepore aliquo debet esse. Papillis.eminentiores sunt huberu partes/papillæ.ex quibus lac elicitur/ca/pitellos quasi pua capita dicas hodie Bononienses fœminæ appellant:Suetonius in Tibe/rio atq etiam infantes firmiores ne dum tamen lacte depulsos inguini ceu papillæ admo/ueret.Columella libro octauo rei Rusticæ,tum eius diductum os pressis humectare papil/lis:in quibusdam tamen exemplaribus legitur capellis. Implebis quod messe fluat.Sen/sus est quos caseos māe p̄sseris reseruabis æstati depromēdos ut cū messis aduenerit tem/pus.eo reficiantur coloni & familia tua/Seu uendantur:hic conicere possumus melius re/seruari caseos ex lacte serotino pressos quod etiam uidetur demōstrare Virg.ita scribēs in tertio Georg.q̄uis sub obscure Quod surgente die mulsere horisq diurnis.nocte pmunt qd iam tenebris & sole cadēte sub lucē exportāt calathis/adit oppida pastor aut parco sale contingūt hyemiq reponūt & ut melius auctoris sensū pcipias eū scias mōere de lacte qd intra paucos dies absumi debeat:uñ dixit qd messe fluat:qm leniore cura ɔficitur quippe fiscellis exemptus in salem muriāq dimittitur & mox in sole paulum siccatur ut docet Colu.in octauo. Implebis.intelligit formas quibus caseus formatur ita enim appellant instrumēta illa ad caseū ɔficiēdū accōmodata. Mulsura.expressio ex papillis capellarū a mulgēdo dicta/sicut uindemia a uino demēdo. Horæ occiduæ.Serotini temporis uñ durabilius lac ɔficitur. Parce tñ fœtis.præceptū est Varrōis ne fœtæ eo tempore quo sunt agni teneriores mulgant.qm ut iquit Virg.in palemone & succus pecori & lac subdu/citur agnis:pcipit āt Col.in octauo agnos ut editos erigamus.atq huberibus admouea/mus ac ore teneriore diducto & aperto papillis maternis humectemus ut ɔdiscant alimtū

Diuisio diei

Despumare apud psiū qd

Mulctrare
Mulctra
Multra p ua/se.
Papillæ

Locus Virg.

Formæ
Mulsura.
Vindemia
Quæ cura a/gnis adhibē/da sit.

trahere: Idem mulgendi tempus esse agnis prebendum docet ut statim mane priusquam grex procedat in pascua: deinde etiam. Crepusculo redeuntibus saturis ouibus admisceantur agni: quod si lactis amor magis oblectat pastorem id faciendũ quod magis expedit: tenere scilicet agni lanio tradantur donec adhuc herbæ sunt expertes & his summotis fruc/
Compẽdiũ. tus lactis ex matribus non minor percipitur. Compendia expone ne tanti sint precii
Locus apule. tibi utilia ut uelis agnos de/struere succum illis subtrahendo: cõpendiũ appellamus q̃dã
Cõpẽdiosũ seruatũ cũ parsimonia aliq̃n
Cõpendium p utilitate cõpendiũ obseruauimus ut ap̃ tibullũ nec uagus
unde. ignotis repetens cõpendia terris pssferat externa nauita merce ratẽ: in quẽ significatũ apd̃ apuleiũ quoq; inuenies libro. xi. de asino aureo ita scribẽtẽ nã & illi studiorũ gloriã & ipsi grãde cõpendiũ sua cõparari puidentia ubi cõpendiũ pro utilitate est intelligere: cõpendiosũ tñ & cõpendiarium aliq̃n

Parce tamen fœtis. neu sint compendia tanti.
Destruat ut niueos uenalis caseus agnos
Nam tibi præcipuo fœtura colatur amore
Te quoq; non pudeat cum serus ouilia uises
Si qua iacebit ouis partu resoluta recenti
Hanc humeris portare tuis: natosq; parenti
Ferre sinu tremulos: & nondum stare paratos
Nec tu longiquas procul a præsepibꝫ herbas
Nec nimis admotæ sectabere pabula siluæ
Dum peragit uernum iouis inconstantia tps

q̃n & breue significat ut ap̃ apuleiũ l. xi. de asino aureo/ sed nos & solitudini tuæ præbebimꝫ & cõpẽdiosũ ad tuos iter mõstrabimus: hic cõpendia paruam utilitatem ad cõparationẽ agnorũ: cõpẽdiũ ut docet uarro in. i. de lingua latina dictum q, cum compenditur una fit.
Venalis caseus ut supra & lac uenale per urbem non tacitus portat. Destruat macilentos reddat: ex defectione alimenti enim destruuntur neq; ad perfectionem suam excre/scere ualent: Scribit plinius libro. xxy. nat. hist. lanariam herbam nuncupari quæ ouibus iesunis data abundantiam faciat lactis. est & herba lactaris lactis plena quo degustato uomi/
Lanaria her/ tiones concitantur ita. n. in sinceroribus codicibus lactaris inuenitur nõ lactoris apud pli/
ba. nius. Niueos agnos albos & ob hoc cariores unde est apud uirgilium q̃z diues niuei
Lactaris her/ pecoris: quomodo nascãtur niuei agni ex authorite columellæ & uarronis docuimus æglo
ba. ga secunda. Fœtura partus ouium & actus ipse pariendi fœtare antiqui dixerunt p eo
Codex plinii q, est fœtum emittere: & supfœtare dicit̃ fœmina cum grauida ex uno alterũ supgenerat
restitutus. filium. Præcipuo amore: cura præcipua hinc. n. fructus omnis redigitur cũ in demortuatum locum semper nouæ substituuntur: nec secus (ut inquit columella) partus incipiẽ/
Fœtura tis pecoris custodiri debet q̃z obstetricum more: namq; hoc aial non aliter quam muliebris
Fœtare sexus enitit. Sæpiusq; etiam q̃to est omnis rationis ignarum laborat in partu. Colat
Supfœtare. obseruetur magno cum studio & diligentia. Te quoq; non. hæc esse fœtus cura debet
Stare. ut resolutæ partu releuentur, & agni huberibus maternis admoueantur in sinuq; domum
Stare rigere. deferantur. Serus hora uespertina qua pastores ouilibus pecudes includere solent.
Stator iuppr̃ Iacebit humi prostrata ex partus dolore. Humeris portare tuis: Sic tibullus in. i. nõ
Imbriferum agnãue sinu pigeat fœtumue capellæ desertum oblita matre referre domum. Natos tre
uer mulos ob recentem partum tremuli. n. nouiter editi sunt agni. Parenti sinu: lege tepenti ut habent antiqui codices. Stare erigere se: stare. n. significat erectum esse ut hic & apd̃ plautum in captiuis illi q stant/ hi stant ambo non sedent: alias significat rigere ut ap̃ uirgi. stant & iuniperi taliasq; significat sistere: unde stator dictus iuppr̃ q, fugientes romanos romulo pcante sistere fecit ut refert plutarchus in romulo. Nec tu longiquas: Admonet ne nimiam fidem uernali serenitati adhibeat q̃n tũc est mutabile tps/ & sæpius desperatæ scurrunt pluuiæ: unde cecinit uir. in. 3. georgicon uere madẽt hudo terræ ac pluuialibus austris
Inconstantia & alibi ĩbriferũ uer appellauit q, sæpius ĩbres uere ꝯcidãt. Lõgiq̃s herbas: pascua a stabu
Constans. lis longe remota: ut si pluuiæ ĩcurrãt possis ouilia repetere statiz. Præsepibus stabulis ps
Constanter. p toto. Admotæ siluæ: lõgius remotæ. Iouis ĩcõstãtia iouẽ p æthere posuit unde decidũt hymbres dr̃ ãt ĩcõstãtia uariatio & ꝯstãtiæ ꝯtraria uirtuti: unde ꝯstãs & ꝯstãter aduerbiũ. Ci. l. iiii. tusculanarum questionum id cum ꝯstãter prudẽterq; fit eiusmodi appetitionẽ stoici.

βουλησιν appellant nos appellamus uoluntatem. Veris fides ex incertitudie serenitatis futurae. Forte serena.legendum est fronte ex fide digno exemplari. Arrisit blandius.purus inducens serenum est prouerbium graecis una hirundo uer non facit eo q uno die unus nosci non potest. Cum caligine.cum obscuritate:caligo.n.appellatur obscuritas quaedam quae cum nymborum aliquando exoritur tempestate.caligātes inde oculi appellantur tenebris quibusdam obducti:& est caligare uerbum quod significat cecutire & q̄si p tenebras aspicere. Miseras torrētibus. Scribendum est tōdētibus tali sensu:adeo quandoq inualescunt tempestates turbulentae, ut agnas e manibus auferant tondentiū: Quaē cecinit poeta in primo Georg. Atq haec ut certis possimꝰ noscere signis aestꝰ q pluuiasq & agentis frigora uentos ipsae pater statuit quid menstrua luna moneret. Quo signo caderent austri quod saepe uidentes Agricolae propius stabulis armenta tenerent.

Veris enī dubitanda fides)modo forte serena
Blandius arrisit modo cū caligine nymbos
Intulit & miseras torrentibus abstulit agnas
At cum longa dies sitientes afferet aestus
Nec fuerit uariante deo mutabile coelum
Iam siluis cōmitte greges. Iam lōgius herbas
Quaere. Sed āte diē pecus exeat. hūida dulces
Efficit aura cibos. quotiens fugientibus euris

Longa dies. aestiua sicut longa nox intelligitur hyemalis:constat autem solem neq sursum ultra Cancrum neq ultra capricornum deorsum meare. Sed cum ad tropicorum cōfinia peruenerit mox reuerti unde et solstitia uocantur. Et quia aestiuus tropicus temperatae nostrae terminus est ideo cum sol ad ipsum finem uenerit facit nobis aestiuos calores ē uicino urens sensu maiore subiecta:auctor est Macrobius in secundo de Somno scipiōis. Britannis longissimam esse diem uel ex illo apparere potest & minima cōtentos nocte britannos: Scribit Cleomedes de contemplatione orbium in meroe ethiopiae undecim horarum esse solstitialem noctem in alexandria decem in hellesponto nouem / Romae minus nouem apud celtas octo ad meotidem septem In britannia sex. Sitientes aestus. qui sitim inducunt antiqui codices habent sitientibus quod si magis placuerit ita ordinabis cū longa dies afferet aestus sitientibus, nec coelum fuerit mutabile deo uariante tūc siluis greges committito. Mutabile coelum. quod subito immutatur uere sereno. Deo uariante. Ioue: quem p ethere poni superius ex auctoritate seruiana docuimus. Cōmitte. permitte:cōmittere enim credere significat & permittere: Terentius in eunucho ouem lupo commisisti. Virgilius in. viiii. aeneidos portam quae ducis imperio cōmissa recludunt: Cicero de officiis libro secundo. Quādiu respublica per eos gerebatur quibus se ipsa cōmiserat: alias auctore Marcello significat effigiare coniungere donare facere & initiare.

Longius. quoniam aestate non adeo mutabiles habemus serenitates & si quandoq interueniunt pluuiae non adeo noriae sunt. nam ut plerumq Breue per spacium temporis durare consueuerunt. Ante diem pecus exeat. ita sentiunt Columella & Maro, quoniam pecori gratissimam esse rorulentam herbam putauere. Ante diem. ante solis ortum:& lucisferi primo sidere. Humida aura. uel aer matutinus respirans molliter. uel auram pro aurora intelligas:nam ab aura quae splendorem significat auroram dici uoluere: Varro in. 5. de lingua latina / Aurora dicitur aute solis ortum ab eo q ab igne solis tum aureo aer aurescit inde rutilare dicta ab eodem colore:aurei enim rutuli & inde etiam mulieres ualde ruffae rutulae dictae. Euris fugientibus uulturnus uentus est ab oriente bruma li respirans quem graeci eurū uocant ut docet Pli. in secundo regnat aūt cū sole uñ eurus dici existimatur quasi εωρεων. idest ab oriente sole fluens is alio quoq a graecis nomine απηλιωτης a romanis nauticis subsolanus cognominatur, ut auctor est Gellius libro secundo noctiū atticarū: notandū est tñ ap Pli. aliū esse uulturnū aliumq subsolanum & ap Gelliū uulturnū quē Pli eurū scribit appellari: existimari esse euronoton q medius sit inter eurū & notū cuius rei in rationem incidisse sit satis ne tales auctores nos trutina seueriore

Vna hirūdo nō facit uer. Caligo
Caligantes oculi. Caligare
Longa dies Lōga nox Solstitia
Longissima dies britānis. Differētia noctiū in locis diuersis
Cōmittere.
Aura. Aurora Rutilare Rutuli Rutulae foeminae. Vulturnus Eurus. Apeliotes Subsolanus Inter Pli. Et Gellium dissensio

perpendere uideamur:euris ergo fugientibus exponito dũ occidit sol quẽ comitatẽ eurus.
Euro solis comes. Frigida pascua:pp rorẽ herbas refrigerãtẽ. Tingunt aspgunt. Nocturno rore:epi
thethon est qm̃ ros tantũ cadit in nocte. Guttæ matutinæ:gutta appellat liquidæ rei mi
Gutta — nima portio ut gutta aquæ uini gutta:plautus in casina dent me & te infelicẽ si ego in os
Gutturnium — meũ uini guttã indidi:Gutturniũ inde uas appellari uoluerũt q guttatim aquam stillet &
emittat hic guttæ roris stillæ
intelligi debẽt qbus herba ma
tutina re ipsa esse ɔsueuit:itaq
pecori gratissima ut putauit
uirgi. Lucent splendent.
Cura quartæ horae. — At simul arguta:nũc seqẽ
curam singularũ horarũ & im
primis quartæ horæ.cũ sol in
ualescens fortius pcutit radiis
ut scilicet fontibus admouean
tur greges & sub umbra de
inde retineantur.Ita Vir.in.iii.
georgicon.inde ubi quarta siti

Frigida nocturno tinguntur pascua rore.
Et matutinæ lucent in gramine guttæ.
Vt simul argutæ nemus increpuere cicadæ
Ad fontem cõpelle greges:nec protinus herbas
Vel campos permitte sequi. Sine protegat illos
Interea ueteres quæ porrigit esculus umbras.

cæli collegerit hora.& cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ:Ad puteos aut alta greges
ad stagna iubeto currentem ilignis potare canalibus undam:cuius praecepta secuto columella
Increpare. — idem præcipit in octauo. Increpuere:instrepuere:increpare pprie significat cũ strepitu
Increpitare — & sonora uoce incusare:unde & frequentatiuum increpitare:Virgilius qd increpitas mortẽ
Lo.Virg. — q minaris:& alibi æstatem increpitans seram:Itaq intellige in primo æneidos tum bitiæ de
Lo.in Buc. — dit increpitans hoc est frequenter arguens accipientis segnitiem. Cicadae argutæ epi
Argutari. — thethon est.i.Sonoræ & stridulæ:hinc Virgilius in bucolicis argutã ilicem appellauit ex
Raucae cicadae. — sonitu cicadarum perstrepentem intelligere uolens inde est argutor uerbum. Neuius quan
do ad ludos uenit alii cum tacent totum diẽ argutatur quasi cicada:Raucæ alio epithetho
i rhegio agro — dicuntur Virgilio in alexi at mecum raucis tua dum uestigia lustro sole sub ardenti resonãt
silent cicadae — arbusta cicadis:in rhegino agro fama est omnes cicadas silere ut author est plinius in undeci
rana seriphia — mo sicut in seriphone unde prouerbium grecis βατρακος σεριφιος.idest rana seriphia
Taciturnior — qd usurpatur in obmutescentes:Sicuti & illud taciturnior Scapha:Refert solinus causã his
scapha. — uerbis.cicadæ apud rheginos mutæ nec usquam alibi:quod silentium miraculo est,nec im
merito cum uicinæ quæ sunt locrensium ultra cæteras sonitent:Caulas granius tradit cum
obmurmurarẽt illic hercule quiescente.deum iussisse ne streperent:Itaq ex eo cœptum silen
Locrenses cicadae obstreperae. — tium permanere. Compelle:compellere est proprie pecudum,ita Virgilius hædo
rumq gregem uiridi compellere hibisco. Nec protinus.s.post potum. Per
mitte:concede ut statim uagentur per campos die & sole inseruescente. Sine prote
Cur cicadae i rhegio agro sint mutae. — gat illos.ita est præceptũ Vergilianum & Columellae:itaq Plinius monet in decimo octa
uo naturalis historiae.cũ meridiem adesse pastor senties æstate contrahente se umbra pe
cudem a sole in opaca cogito cum æstate pasces in occidentem specta ante meridiem, post
meridiem in orientem:umbram autem eo tempore etiam pecori gratam existere uel ex illo
Vergiliano in quarto georgicon cognoscere licet quum sitiunt herbae & pecori iã gratior
umbra. Protegat defendat ab immenso aestu:Ita poeta in tertio georgicon aesti
bus at mediis umbrosam exquirere uallem sicubi magna iouis antiquo robore quercus ingẽ
tis tendat ramos aut sicubi nigrum ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra.
Esculus. — Aesculus arbor ioui dicata glandes ferens at non ubiq proueniens.cuius est glans
quercui Secunda ut scribit plinius libro decimo sexto naturalis historiae:silius in quinto an
nosa excelsos tollebat ad aethera ramos esculus umbrosum magnas super ardua siluas nubi
Esculetum — bus insertans altis caput:ab esculo esculeta dicuntur loca multis consita esculis. Horatius
quale portentum neq militaris daunia latis alit esculetis. Porrigit extendit & ex
plicat. Vmbras idest ramos umbram facientes. Veteres pro ipsa uetus
ita lucanus in primo exuuias ueteres populi sacrataq gestans dona ducum.

Verum ubi decliui.uidebatur quibusdam horas ciuiles ideo posse intelligi quoniam & Romani ueteres nona hora coenare solebant ut diximus superius imperat instructos fran/gere nona toros:attamen pastorie dictum accipiamus.nam merenda cibus est ante cenam qui capitur/ & rusticoꝝ peculiaris ut pote ualde laborantium & cito concoquentium:Mar/cellus/Merenda dicitur cibus qui datur post meridiem:Affranius.Fratris interim meren/dam occurro ad cenam cum ue ni iuuat/satis autem cõstat ipsos antiquos romanos in die semel tantum cibum iustum capere solitos. Seræ metẽdæ:quæ sole iam ad occasum tendere in cipiente paratur ante cenam: si cut ientaculum matutino ante prandium/Martialis i apopho/retis surgite iam uendit pueris ientacula pistor cristatæqꝫ so/nant undiqꝫ lucis aues. Rur sus.sic Virgilius tum tenues da re rursus aquas & pascere rur/sus solis ad occasum.

Verum ubi decliui iam nona tepescere sole
Incipiet seræqꝫ uidebitur hora merendæ
Rursus pasce greges.Et opacos desere lucos.
Nec prius æstiuo pecus includatur ouili
Quam leuib⁹ nidis somnos captare uolucris
Cogitet.& tremuli tremebũda coagula lactis
Succida iam tereti constringere uellera iunco.
Cũ iam tempus erit maternas demere lanas

Opacos lucos.umbrosos & opacitatem reddentes:opacare enim significat inumbrare ut apud Ciceronem de oratore nam me hæc tua platanus admonuit quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis diffusa est ramis q̃ȝ illa cuius umbram Secutus est Socrates:Plinius ulmorum leuis etiam nutriens quecũqꝫ opacat. Nec prius æstiuo.aliud documentum.ut non prius includat stabulis pecudes q̃ȝ nidos uolucres re/petere incipient. Aestiuo ouili.hinc deprehenditur inscitia quorũdam qui stabulo eo dem & hyeme & æstate pecudes includunt/cum qui curam & diligentiam adhibent maio rem æstiuos apertos faciant & sub diuo exponant. Volucris.siue halcyones siue achan tis de qua re superius ex auctoritate Virgiliana diximus in ennarratiõe illius carminis núc ad flumen oues deducite iam fremit æstas. Leuibus nidis.ex stipula confectis leui.sũt enim nidi paruæ uolucrum cunæ.Virgilius in quarto Georgicon Garrula q̃ȝ tignis nidũ suspendat hirundo.hinc est uerbum nidulari.Plinius de scarabeis/paruosqꝫ in his cõtra ri/gorem hiemis uermiculos foetus sui nidulantur. Tremebunda coagula lactis. serotinã coagulationeȝ intelligit ex lacte diurnis horis demulcto:sunt enim duo coagulationis tẽ pora & matutinum ex lacte serotino & serotinum ex diurno ut diximus superius ex maro nis auctoritate:& intelligendum est fiunt uel sunt/succum autem fici coaguli modo lac cõ trahere scribit Plinius in.xxiii.& Columella in octauo coagulum enim dicitur apud Colu mellam & idoneos scriptores quod apud Vernaculos nostros pressamen. Succida iam tereti.præcepta insequentia sunt de cura lanæ & lanicio:ut cum tempus erit tondendi pe/cudes/secernat albas a nigris & lanas differentes/similemqꝫ lanam cum simili includat iun ceis calathis & corbibus. Succida uellera.quæ succum recipiunt cum colorantur : ita chartam succidam appellamus cito humorem admittentem: Insuccare est uerbum quod significat succum admittere/& madefacere.Columella ouis græca sæpius detergenda & re frigeranda est.ac sæpius eius lana deducenda uinoqꝫ & oleo insuccanda:a succo etiam suc/culentum dicimus.quod significat succi plenum.Apuleius succulentam proceritatem ap/pellauit in secundo de asino aureo quasi succosam succi plenam & habilem dicas. Con stringere:simul premere quod fit abundantia lanæ. Tereti iunco. Canistro ex iuncis facto & contexto.Plinius libro.xxi.Naturalis historiae iuncum quem mariscon appellant hoc est grandiorem ad texendas tegetes iunio mense eximi praecipit ante Iulium mediuȝ utilissimus autem ad uitilia holoschenos quia mollis & carnosus est:melanchrãis uero suo nascitur semine cuius usus est ad nassas & uitilium nexus elegantium ad lucernarum lumi na praecipua.medullae amplitudine ut idem scribit Pli. Demere auferre. Mater nas lanas.ouiũ:nã teneri agni nõ tondent̃ uñ ipsae dixit supius:totqꝫ tarentinae p̃stãt mi/hi uellera mr̃es ab eqnoctio oues ẽ lauãdi tp̃s:& tõdẽt̃ solstitii iteruallo ut.do.Pli.l.xviii.

Quando ce narent Ro.
Merenda [illegible]
Ientaculum
ouilia æstiua
Nidi
Nidulari
Duo coagula tionis Tem/pora
Coag ulum
Pressamen
Charta succi/da
Insuccare.
Succulẽtum/
Succulẽta p̃/ceritas.
De Iunco.
Mariscos iũ/cus.
Holoschẽo.
Melãchrãis.
Tp̃us lauãdi oues.
Tp̃s tõd ẽd

Loc. Verg. Loc. Oratii Loc. Ouidii.

Hircorumque iubas hoc est setas quae in usum castrorum & nautarum concinnant unde dixit poeta in .3. georgicon nec minus interea barbas incanaque menta cyniphei tondent hirci. setasque comantes usum in castrorum & miseris uelamina nautis. nam ut inquit uarro in .ii. capra pilos ministrat ad usum nauticum & ad bellica tormenta. Olentes barbas: fetentes & malum redolentes odorem. quo praediti sunt praecipue hirci & caprae unde exiit illud horatianum & nimis arcta premunt olidae conuiuia caprae. Ad quod alludens Oui. in .i. de arte amandi cecinit. Nec male odorati sit tristis anhelitus oris nec laedat nares uirque paterque gregis: ab hirco hircosum deflexit persius durum hispidum & uestibus ex pilo hircino factis indutum appellans. nam in usum castrorum pili hircini tondebantur ut diximus

Hircorumque iubas & olentes caedere barbas
Ante tamen secerne pecus. gregibusque notatis
Consimiles include comas: ne longa minutis
Mollia ne duris cocant. ne candida fuscis
Sed tibi cum uacuas posito uelamine costas
Denudabit ouis circunspice. ne sit acuta

Loc. persii explicatus. Inter barbas & Barbas.

supius. Barbas notat seruius uirgilianus interpres barbas plitinticos quadrupedum dici. Barbam uero enicos hosum. Secerne diuide & separa. Notatis gregibus .s. quae nam sint albae & quae nigrae ut ita cocolores includantur. & ad tonsuram deducantur. Comas consimiles lanam eiusdem non tantum coloris. sed mollicies & longitudinis: seu intelligas hircorum iubas pro comis dici quae ad similitudinem dependent comarum unde dixit maro setasque comantes. Nec longa minutis: diligentia tonsoris debet uersari circa hoc ut breuiora cum breuioribus longiora cum longioribus misceantur. Fuscis subnigris & pullis fuscus. n. color dicitur subniger graeci anthracinum appellant a carbone quem anthraca uocant. hinc fuscae uestes pullae dicuntur. & fuscae aues ab apuleio in .ii. de asino aureo quae sint mali ominis: itaque fusca foemina subnigri dicitur coloris: Oui. in epistolis placuit cepheia perseo andromade patriae fusca colore suae.

Anthracinus color. Fuscae aues

Sed tibi cum uacuas. praecipue aduertendum est ne dum oues tondent laedant cutis forfice nam pustulae proueniunt inde non mediocre pecudibus malum. Denudabit spoliabit lanam deponendo. diuus ciprianus ad rogatianum dominus noster sicut ouis ad uictimam ductus est & sicut agnus coram tondente se sine uoce sic non aperuit os suum. Costas uacuas latera sine uelleribus: sunt n. costae laterum crates Vir. in .ii. aeneidos sectaque intexunt abiete costas. costae hominibus tantum octonae suibus denae cornigeris tredecim serpentibus sunt triginta ut author est pli. in .xi. per quandam similitudinem ita costam latus montium appellare solemus. persius sic costam longo subduximus apennino. Circunspice: diligenter aduerte. Laesa cutis uulnerata ferro & stricta. Cutis dicitur pellis ipsa sensu carens maxime in capite ut inquit pli. in .xi. cuticulam per diminutionem appellamus persius & assiduo curata cuticula sole: Recutiti iudei dicuntur circuncisione imminuti cutis uirilis membri quod ob rem iuuenalis Recutitaque sabbata palles protulit: intercus aqua enim est dicitur morbo aquae sub cute latentis quo perijt neronis pater ut scribit suetonius. Acuta forfice: instro ferreo ad tonsuram accomodato. hoc utuntur & sarciatores ad uestes conficiendas: forcipe uero fabri ferrarii ad ferrum calidum detinendum unde quasi his forma. i. calida detineatur forcipe dicta: & formucales authore popeio.

Costae. Costae hominibus octonae. Costa montis. Cutis. Cuticula. Recutiti Iudei. Locus Iuue. Intercus Aqua. Forfices. Forcipes. Formucales.

Pustula tuberculus est sub cute nascens inflatione quadam sub qua latet putredo: de generibus pustularum uariis caput est apud comelium celsum libro .v. medicinae. ubi putat ipse pustulas maxime uernis temporibus oriri. quaedam enim. n. quae a graecis exanthemata uocantur circa totum corpus quasi ex contactu urticae nascentia. aliae helcodes. phylacion at paulo durior pustula est subalbida acuta ex qua ipsa quod exprimitur humidum est: pessima est quae epinyctis uocatur colore sublliuida uel subnigra uel alba: quae quomodo curetur ab eodem inuenies authore: nascuntur & pustulae in manibus de quibus martialis in distichis feruida ne trito tibi pollice pustula surgat exomet docilem garrula plectra lyram de pustula pli. li. xx. nat. hist. epynctides ita appellatur ulcus aciem hebetans & in angulo oculi perpetuum humorem emanans quidam eodem nomine appellant pustulas liuentes ac noctibus inquietantes Scribit philostratus in .i. aquam esse iuxta tyanam ioui sacram quae periuris epota oculos pedesque ac manus inuadat pustulis ac uomicis totum corpus ignans. Texerit occultauerit: tego. n. in praeterito texi facit. Priscianus libro decimo terminantia praeteritum perfectum secundae & tertiae & quartae coniugationis inueniuntur. Et tunc tantum natura quoque producunt penultimam ut rego Rexi Tego texi illicio illexi.

Pustula. Exanthemata helcodes. Phylacion Epinyctis.

Tego.

Purulenta

Virus occultum. Saniem & putredinem uirulentam: purulenta a Pli. dicuntur quæ saniem sub cute habent q in .xx. radicem hibisci ante solis ortum erutam & lana inuolutam strumnis & suppuratis alligari docet. Sub occulto uulnere. nam tegit inflatio uulnus quæ nisi rumpatur herbis aut ferro, totum corrodit corpus: Scribit Colu. Tuberculis subesse Vermiculũ quem ferro q̃3 cautissime circũsecari oportet. ne dum amputatur etiã quod infra est animal uulneremus id enim cum sauciatur uenenatam saniem mittit quæ repressum uulnus ita insanabile facit ut totus pamputãdus sit quare uirus occultum intelligere potes uermiculũ illũ tuberculis inclusum.

Vermiculus in tuberculo.

Forfice lesa cutis: tacitum ne pustula uirus
Texerit oculto sub uulnere. quæ nisi ferro
Rumpitur in miserꝫ fragili rubigine corpus
Corrodet sanies. Et putrida contrahet ossa
Prouidus (hoc moneo) uiuẽtia sulphura tecũ

In miserū. Sunt qui codices ãtiqui habeant. ah miserꝫ dolentis interiectione ut ah miseros nautas cãibus lacerasse marinis. Sanies. corruptus sanguis. Celsus in Quinto. exitq; aut pus aut sanies aut utrũq;. Corrodet. macerabit ac per totum serpet corpus carnem circũ rodendo: Inuenio apud Columellam insanabilem esse morbum pusulam quam pastores uocant idest sacrum ignem quæ nisi cõpescatur intra primam pecudem quæ tali malo correpta est uniuersum gregem contagione prosternit. si quidem medicamentorum nec ferri remedia patitur. nam pene ad omnem tactum excandescit sola tamen ea fomenta non aspernatur lactis caprini quod infusum tãtum ualet: talem pecudem pusilosam appellat ipsæ. Fragili rubigine. leui crustula supinducta: Rubigo dicitur proprie ferugo ferriq; errugo a colore quem ueteres rubrum robum nuncuparunt sed & in aliis rebus dicimus rubiginem ut in segete & uineis: Pli. lib. xyiii. Natu. hist. cæleste frugũ uinearꝫq; malũ nullo minus noxium est rubigo, frequentissima hæc in roscido tractu conuallibusq;: ac persflatum non habentibus: a rubigine Robigalia festa dicebantur & sacrificia in honorem Rubiginis deæ. & dei facta Robigi quos colebant ut rubiginem auerterent segetum auctore Pompeio unde Ouidius. flamen in antiquum lucum rubiginis ibat: hic Rubigo pro crustula cuti superinducta accipitur. Ossa putrida. quæ putrescunt ex sanie superinducta. Scribit Pli. in. xy. hyphear hoc est uiscum ad saginanda pecora utile esse nam uicia primo purgat. dein ea pinguefacit quæ suffecere purgationi. negatq; quibus sit aliqua tabes intus ea durare. Prouidus hoc moneo. uel ego propter etatem prouidus hæc tibi trado documenta, uel hoc moneo ut tu prouidus tecum feras sulphura uiuentia: Monet Colu. ut quando detonsa ouis fuerit tali ungatur medicamine: Succus excocti lupini ueterisq; uini fex & amurca pari mensura misceantur, eoq; liquamine tonsa ouis imbuatur. atq; ubiq; per triduum delibuto torgore media sudabunt. quarto die si est uicinia maris ad littus deducta mersetur. Si minus est. cælestis aqua sub dio salibus in hunc usum durata paulum decoquatur. eaq; grex perluatur. hoc modo curatum pecus toto anno scabrum fieri non posse celsus affirmat: Idem sulphura uiua cu3 argẽto docet misceri ad medicam pustularꝫ sicuti maro: de sulphure Pli. libro. xxxy. Maxime natura mira ẽ sulphuris quo pluria domãẽ. nasciẽ in insulis eoliis inter siciliã & italiam quas ardere diximus sed nobilissimũ in melo insula in italia quoq; inueniẽ i Neapolitano campanoq; agro collibꝫ q uocantur leucogabi. Sed cũ eius sint genera q̃ttuor hic de uiuo sulphure itelligendũ. qđ græci apyron uocant. nascitur hoc globosũ. Soliduz: & eo solo ex oĩbꝫ gñribꝫ medici utũtur: cætera. n. liquore ꝯstãt & ꝯficiũtur oleo incocta: uiuũ ãt effodiẽ trãslucetq; & uiret. sulphur maxie purgat uñ est ap̃ Iuue. sulphura cũ tædis: cõminatur dominus deus in apocalipsi si qs adorat bestiã & imaginẽ eius accipiet notã i frõte sua, & in manu bibet & ipse de uino iræ dei. mixto in poculo iræ eius. & punieẽ igne & sulphurẽ sub oculis scõꝝ ãgeloꝝ. & sub oculis agni. Scyllæ caput. genus herbæ hæc: ita tradit quoq; Maro. in. 3. Geor. documẽta aut tonsũ tristi ꝯtingũt corpꝫ amurca Et spumas miscẽt argẽti & sulphura uiua ideasq; pices & pingueis unguine ceras scyllamq; heleborosq; grauis nigrũq; bitumẽ: de Scylla Pli. lib. xx. Scyllarũ in medicina est quæ masculus. fœminæ nigræ:

Sanies.

Pusula

Pusilosa pecus.

Rubigo

Rubigo i frugibus.

Robigalia

Rubigo dea.

Robigus

Ne scabrum fiat pecus.

Vbi sulphur nescatur.

Sulphur uiuum.

Sulphur purgat.

Scylla

Scylla pellit introitū ma/lorum medi/camentoruꝫ

Scylla quæ candidiſſima fuerit/erit utiliſsima pythagoras ſcyllam in limine quoq; ſuſpenſam malorum medicamentorum introitum pellere tradit:cæterū bulbi ex aceto & ſulphure uulneribus in facie medentur.per ſe uero triti neruorum contractionem.& ex uino porrigines tollit.Succuꝫ cuꝫ melle canū morſibus ut eraſiſtrato placet cum pice. Caput ſcyllæ expone bulbos. Bitumina intacta:bitumen ex fulmine creari tradit ſeruius in ennarratione eius uergiliani

Bitumēn ex fulmine.

& fragiles incende bitumine lauros.ex quo iuxta babiloniam quia frequentia cadūt fulmina abūdare.hacq; ex re la/cum ita ſcatere.ut ex bitumine fabricaſſe muros ſemiramis dicatur:bitumen alibi li/mus/alibi terra eſt.ut tradit plinius in.xxxv.naturalis hiſtoriae/uis bituminis eadem

Et ſcyllæ caput atq; intacta bitumina porta
Vlceribus laturus opem.Nec brutia deſit
Dura tibi.liquido picis ungere terga memento
Si ſint raſa linas.uiui quoq; pondera melle
Argenti coquito lentumq; bitumen aheno,

Naphta.
Locus Ouid.
Brutia pix
Hulcus
Vulnus.

quæ ſulphuris ſiſtit,diſcutit/attrahit glutinat ſerpenteſq; fugat accenſum.Sunt,qui naphten bituminis generi aſcribant.quæ in aſtagenis parthiæ proſluit bituminis liquidi modo huic magna eſt ignium cognatio tranſiliuntq; protinus in eam undecumq; uiſam:ita ferūt a medea pellicem crematam poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat corona igne rapta quam intelligit Ouidius ita ſcribens in ibin.Vt noua phaſiaca compreſſa eſt nupta corōa utq; pater nuptæ cumq; patente domus:plutarchus in alexandro ſcribit naphtam eē bituminí perquam ſimilem tantamq; ignis habere cognationeꝫ ut priuſquam flammam attingat per ipſum luminis ſplendorem medium perſæpe aerem incendat. Intacta noua & nulli prius rei accommodata. Brutia picem intelligit.Nam ut inquit plinius libro uigeſimo quarto ſpiſſarum utiliſſima medicinæ eſt brutia quoniam pinguiſſima & reſinoſiſſima eſt/picis natura eodem authore excalfacit explet aduerſatur priuatim ceraſtæ morſibus cuꝫ polenta/item anginæ cum melle/Sic & ulcera purgat quæ uero ſerpunt cuꝫ pineo cortice aut ſulphure. Hulceribus eſt hulcus proprie tecta & clauſa malignitas:uulnus uero hians & patens.author eſt marcellus.perſius tenero latet hulcus in oíe putre qđ haud deceat plebeia radere beta. Liquido picis ungere:legendum eſt ex antiquis codicibus liquido ſimul unguine terga memento cui lectioni ſufficit uerbum linas.

Vnguine medicamento:Sic uirgilius pingueis unguine ceras:fit autem hoc pacto ſuccus excocti lupini ueteriſq; uini fex & amurca pari menſura miſcentur coq; liquamine tonſa ouis imbuitur. Raſa detonſa & hoc eſt remedium contra ſcabiem & leuiꝫ uepribus corpus. Viui argenti qđ melle commixtum maxime etiam prodeſt: Scribit cornelius celſus in quinto hulcera ex puſtulis facta etiam tolli ſpuma argenti cum ſemine fœni graeci mixta ſic ut his inuicem roſa atq; intubi ſuccus adiiciatur donec mellis craſſitudo fiat:quare dixit poeta I georg cis & ſpumas miſcent argenti.de argento uiuo plinius libro.xxxiii.eſt & lapis in his uenis cuius uomica liquoris eterni argentum uiuū appellatur uenenum omnium rerum eſt.exedit ac perrumpit uaſa permeans tabe dira oīa ei innatāt præter aurū.id unū ad ſe trahit ideo & optime purgat cæteras eius ſordes expuēs crebro iactatu fictilibus in uaſis ita uitiis abiectis:læthale inde appellatur qđ tanquam uenenum ſit preſentaneum.Auſonius:Miſcuit argenti læthalia pondera uiui cogeret ut celerem uis geminata necem. pondera:libram. Lentum bitumen:liquidum Sicut eſt zacynthium & quod a babylone inuehitur.liquidum eſt quoq; apolloniaticum pingue uero & liquoris oleacei in ſicilia gignitur quo incolæ utuntur ad lucernarum lumina olei modo author eſt plinius libro.xxxv.nat.hiſt. Aheno uaſe.i.æreo in his lauabātur carnes heroicis tpibus cū adhuc nō elixarēt uir.i.i.æneidos littore ahena locāt alii flāmaſq; miniſtrāt. Impreſſurus notaturus & inſcripturus. Tua nota uel ſignū familiæ uel nomē tuū ppriū ita nos notare equos ſolemus calido ferro hoc ē cautherio ferramēto ignito qđ ui cauſtica præpolet unde dictum eſt hieronymo(quoniam & ad ſananda hulcera adhibetur & putridas carnes)putridae carnes ferro curantur & cauterio:Scribit plutarchus in nicia athenienſes pro ſeruis uenditos quibus equi character in fronte inurebant.

De argento uiuo.
Lœtale argē tum uiuum.
Bitumen ad lucernarum lumina
Cauterium.
Putridæ carnes cauthe/rio curantur.

quod ſignum ſeruitutís atq; argumentum eſſe uolebant:his itaq; indiciis ut pecus ſuum a gnoſcat canthus præcipit mycon ut inurar ſua nomina ouibus.ne ſi ſurreptæ fuerint .aut cõmixtæ cum aliis eo ꝙ nullũ habeat indicium ſuaꝝ.gregẽ amittat:ita eſſe faciẽdũ cenſu it Columella obliuioſo porculatori ut pice liquida eandẽ notam ſcroſæ & porcis innota/ ret.ſiue per litteras ſiue per alias formas unũquẽq; fœtũ cum matre diſtingueret/nã in ma ioꝝ,numero diuerſis notis opꝫ eſſe exiſtimauit ne confundatẽ mẽoria paſtoris:hic uero præ/ cipit Calpurnius ne alius uen dicet ſibi oues nulla inſcriptas nota:de hac notandi cõſuetu dine intelligit poeta cum inqt in.iii.Geor.poſt partum cura in uitulos traducitur omnis ꝯ tinuoq; notas/& nomina gen/ tis inurunt.

Impreſſurus oui tua nomina.Nam tibi lites
Aſſeret ingentis lectus poſſeſſor in aruo
Tunc etiam dũ ſiccus ager:dũ feruida tellus.
Dum rimoſa palus & multo torrida limo
Aeſtuat & fragiles nimi9 ſol puluerat herbas

Nam tibi lites ſenſus eſt ſi nullo ſigno notatæ fuerint pecudes ut cognoſcantur tuo inſigni:cum abduc/ tas inuenies in alieno ouili magnum tibi erit cum poſſeſſore certamen nam indicio nullo indubitato eas aſſerere in poſſeſſionem tuam poteris. Lectus poſſeſſor.in cuius ſtabu lo pecudes tuas inuenies. In aruo.legendum eſt ouili ex antiquo & ſincero codice. In gẽteis lites.pro ingentes/accuſatiuus eſt græcus:lis autem a contentione limitis prius no men aſſumpſiſſe dicitur unde cecinit poeta limes erat poſitus litem ut diſcerneret agri. hinc litigium & res litigioſa.& litis conteſtatio apud iureconſultos quorum uerba.quæ ſe/ cus ſcripta fuerant ad lites meras deduxerunt ueluti non ad decidendas ſed comittendas lites hominibus conceſſa fuerint. Poſſeſſor.potes & ita exponere(quod minus probo) Nomen poſſeſſoris ouili inſcriptum hoc eſt eius domum poſſidentis in qua habitabis po terit tibi inferre lites ni prouide caueas.poſſeſſor autẽ dicitur a poſſidẽdo qui habeat bo noꝝ poſſeſſionẽ quam ei dat prætor & tunc loco heredum conſtituuntur & uocantur bo noꝝ poſſeſſores ut notatur in inſtitutionibus titulo de bonoꝝ poſſeſſione.§.quos autem. Virgilius in buccolicis quod nũq̃ʒ ueriti ſumus ut poſſeſſor agelli diceret hæc mea ſunt ueteres migrate coloni. Tunc etiam cum ſiccus ager.non tantum debet paſtoris cura uerſari circa ea quæ ad pabulum ſpectant & potum/Sed ut auertat ouium peſtem quæ ꝓ/ ſentanea eſt ſerpentium deliteſcentum in ſeptis:& ut præcipit Columella non ſolum cẽo aut ſtercore purganda ſunt ſtabula.Sed exitioſis quoq; ſerpentibus recta liberanda. quod ut fiat his uerſibus decet Maro/Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum galbaneo ꝙ agitare graues nidore chelidros:quoniam ut ipſæ inquit.Sæpe ſub immotis præſepibꝰ aut mala tactu uipera delituit cælumq; exterrita fugit.Aut tecto aſſuetus coluber ſuccede re & umbræ. Siccus ager:Siticuloſus & deſiccatus:Ager dictus eſt in quam terram qd agebant & unde quidem agebant aliquid fructus cauſa id græci dicunt αγρον/ut ager quod agi poterat auctor Varro in primo de lingua latina. Feruida tellus.ſolis accen/ ſa feruore.Virgilius in quarto Georgicon caua flumina ſiccis faucibus ad limum radii te/ pefacta coquebant. Palus rimoſa.contrahens rimas/hoc ẽ fiſſuras.unde rimoſus ager & rimari inde eſt uerbum quod ſignificat diligenter & quaſi per rimas querere. Marcellus Rimari dicitur ſcrutari/querere/Virgilius in.xi.& partes rimatur apertas.Idem in Septio quodcũq; repertum rimanti telum ira facit. Multo limo.demonſtrat maiorem ſolis feruentiam nã quo plus eſt limoſa palus hoc ui ſolis maiore opus eſt ut ſiccetur:limus dici tur cænulenta terra & madefacta:Virgilius in pharmaceutria limus ut hic dureſcit & hæc ut terra liqueſcit uno eodemq; igni/Sic noſtro daphnis amore:a limo limoſum locum di/ cimus multo cõſperſum limo.Virgilius in Buccolicis limoſoq; palus obducat paſcua iũco
Nimius ſol.calore nimio potens. Puluerat.uel in puluerem reducit & ad nihilum exu rẽdo/uel ꝓꝑ æſtatẽ pulueream: Scribit Gellius libro decimonono noctiũ atticaꝝ pulueret ap̃ Plau.dici ñ ꝙ puluere ipleat ſed ꝙ ipm̃ pulueris plenũ fit uerba plautina ſũt hæc.exi tu daue/age ſpge mũdũ eẽ hoc ueſtibulũ uolo Vẽus uẽtura eſt noſtra nolo hoc pulueret.

Locus Virg.
Lis unde
Litigium
Res litigioſa
Litis ꝯteſta/ tio
Poſſeſſor q
Ager unde
Rima
Rimari
Limus
Limoſus
Puluetat ap̃/ Plautũ quid

Lurida conueniet. ſuccendere galbana ſeptis
Et tua ceruino luſtrare mapalia fumo
Obfuit iſte malis odor anguibus. ipſe uidebis

Galbanum.

Galbana: galbanum arbor eſt multis apta medicaminibus (ut inquit ſeruius) de qua plinius libro. xiii. naturalis hiſtoriæ Dat & galbanum ſyria in eodem amano monte e ferula quam eiuſdem nominis reſinæ modo ſtagonitim appellant quod maxime laudant cartilaginoſum purum ad ſimilitudinem hāmoniaci minimeq̧ lignoſum ſic quoq̧ adulteratur faba aut ſagazeno: Sincerum ſi uratur fugat nidore ſerpentes: Idem in. xiiii. docet ultra hoc remedio eſſe ad tuſſiz ueterē ſuſpiria rupta cōuulſa / impoſitiq̧ iſchiadicis lateris dolori / bus panis furunculis corpori que oſsibus recedenti ita. n. legendum eſt non accedenti apud plinium carnib9 ab oſſibus diſtractis.

remedia galbani.

Locus plinii correctus.

Luridus.

Lurida: luridum colorem habentia. Si quidem luridus extra modum pallidus dicitur authore pompeio.

Septa.

Septis ſunt ſæpta loca in quibus ſepiuntur greges includunturq̧: Scribit ſeruius in buccolicis ſepta loca dici in campo martio incluſa tabulatis in quibus populus romanus fert ſuffragia & quia ſunt ſimilia ouilibus duo hæc inuicem poni ut ſepta pro ouilibus dicatur ut apud uirgilium quamuis multa meis exiret uictima ſeptis: & ouilia pro ſeptis ut apud lucanum & miteræ maculauit ouilia romæ. S. ſepta haec tamen ſeruii anthoritas ualidiſſimis argumētis hodie refellitur.

Locus lucani. Taxatur ſeruius.

Luſtrare: purgare & circūquirere ne alicubi nocēs lateat uipera.

Mapalia.

Mapalia caſæ ſunt punicæ. in quibus quia nihil eſt ſecreti ſolet id uocabulum ſolute uiuentibus obiici authore pompeio. & ut plerumq̧ pro domibus paſtoralibus accipiuntur lucanus libro ſecundo pharſaliæ: Vacuiſq̧ mapalibus actus nuda triūphati iacuit per regna iugurthæ: ſilius in ſecundo ipſa autem gregibus per longa mapalia lectos ante aciem oſtentabat equos: uirgilius in. 3. georgicon & raris habitata mapalia tectis.

Vis ceruorū contra ſerpētes:

Ceruino fumo: aduſto cerui cornu plinius in octauo naturalis hiſtoriae. De ceruis & his cum ſerpente pugna. Inueſtigant cauernas nariumq̧ ſpiritu extrahunt renitentes, ideo ſingulare abigendis ſerpentibus odor aduſto cornu ceruino. Idem præcipuum eſſe remedium cōtra morſus ſerpentium putat hinuli coagulum hoc eſt parui cerui in utero occiſi: columella libro octauo uel ne iſtud cum periculo facere neceſſe ſit muliebreis capillos aut ceruina ſæpius ure cornua quorum odor maxime non patitur ſtabulis prædictam peſtem conſiſtere: Sed & adipe hienæ accenſo fugari tradit plinius ſerpentes in. xxyiii. & in. xxiiii. Cedri ſcobe: pliſtolochiam idem ſupra focum ſuſpenſam in. xxy. e domibus fugare tradit: & ebuli ēt fumum: Et in. xxyii. ampheptorin uſtam nidore āmouere ſerpentes ſcribit.

Capilli muliebres cōtra ſerpētes aduſti.

Adeps hyenae cōtra ſerpentes.

Pliſtolochia

Ebuli fumus

Amphe ptoris.

Obfuit præteritum eſt pro preſenti: ſeu exponas ita eſt factum experimentum. Anguibus malis ad imitationem uirgilianam qui malam tactu uiperam appellauit. Anguis ſunt qui anguem minime uenenatum eſſe putent. niſi dum luna inſtigatur huncq̧ ex hominis ſpina procreari exiſtiment. unde dictum ſit ab ouidio in. xy. metha. Sunt qui cum clauſo putrefacta ē ſpina ſepulchro mutari credant humanas angue medullas: ab angue anguitenens dicitur a noſtris qui græce ophiuchus ſupra ſcorpionez conſtitutus tenens manibus anguem medium corpus eius implicantem cuius rei hiſtoriam uideto apud hyginium in ſecundo de ſignorum celeſtium hiſtoriis: hoc in loco recenſerem uaria ſerpentium genera ni ſcirē uel apud lucanum libro nono pharſaliae omnia fere inueniri poſſe cum ui & eorum natura nomina.

Anguis

Ex hominis ſpina anguis

Angui tenēs Ophiuchus

Serpentum cecidiſſe minas: cum. s. luſtraueris mapalia: eſt & hoc documentuz uirgilianum contra ſerpentes cape ſaxa manu cape robora paſtor tollentemq̧ minas & ſibila colla tumentem deiice. mirabile eſt quarundam gentium adeo uim præpollere contra ſerpentes ut uel ſolo tactu ſopiant eas & ſibi placidas reddant: Scribit plinius Marſos italiae populos a marſo circes filio oriundos non ſolum illaeſos a ſerpentibus eſſe ſed ſerpentium ipſos domitores qui incantationibus herbarumq̧ ſuccis faciant medellarum miracula hacq̧ eadem ui praeditos fuiſſe pſyllas quos uocamus compertum eſt ut author eſt gellius libro decimoſexto noctium Atticarum: hodie qui ex domo diui pauli fuere aediti hoc gloriantur inſigni, quorum ferunt ex ſui natura notatum eſſe tergus ſerpente.

marſi populi Pſylli.

Minas uenenatas inflationes ac erectiones.

Stringere.

Stringere percutere hic ut apud uirgilium in. x.

Aenei. Atq; animum patriae strinxit pietatis imago. Dentes uncos. incuruatos & retortos. Debilis. odore ceruini cornus debilitata & eneruata ide est debilitare uerbum quod significat debilem reddere. & debiliter aduerbium: Debilo auctore Marcello antique dicebatur pro debilis. Ennius libro octauo debilo homo. Inani ore. Inutili ad offendendum si quidem & inanes uires dicuntur quae exerceri non possunt. Marcet. fit lassa & putrescit: Marcor. n. putredo appellatur & Marcidus dicitur putridus Marcentes uuluas appellauit Persius satyra quarta nates putridas nimio ɔcubitu his uersibus est prope te igno, tus cubito qui tangat: & acre despuat in mores penemq; arcanaq; lumbi Runcantem populo marcentes pandere uuluas: Apuleius in Tertio de asino aureo Marcidos oculos nimia ebrios libidine. unde & liber marcidus uino madens dicitur a poetis. Statius Marcidus edomito bellum referebat ab hemo liber.

Serpentum cecidisse minas. nõ stringere dẽtes
Vlla potest uncos: Sed inani debilis ore
Marcet Et obtuso iacet exarmata ueneno
Tunc age uicinae circũspice tempora brumae
Qua ratione geras: aperit cum uinea sepes
Et portat lectas securus uinitor uuas
Incipe falce nemus uiuasq; recidere frondes

Exarmata. quoniam pro armis sunt uiperae uenena. exarmare est armis aliquem spoliare unde per metaphoram exarmari dicitur uipera quoties illi detrahitur uirus ne possit nocere. sic silius in primo. Nec non serpentes diro exarmare ueneno doctus atn tactuq; grauis sopire chelidros. Obtuso ueneno. hebetato & refracto: persistat autem in metaphora nam ferrum obtusum appellamus retunsum & sine acie: Itaq; ingenium tardum & minime aculeatum obtusum idest crudele dicimus. Virgilius in primo aeneidos. nõ obtusa adeo gestamus pectora poeni. Tunc age. superius docuit quae per aestatem facienda essent, nunc quae cum hyems sit proxima curanda sint. Circũspice. cum diligentia inspice estq; ordo: cum pegeris quae supius diximus. Tunc circũspice qua ratione geras tẽpora brumae uicinae hoc est hyemis aduenientis: de bruma satis superius. Aperit cum uinea saepes. Tp̃s autumnale describit cũ uindemia feruet aperiunturq; saepes prius occlusae. ut sit aditus uinitori uuas ferenti domum: uel curruí admoto. Saepes. a sepiendo dictae unde saepire uerbum quod auctore Marcello significat tenere & impedire unde & circũseptum dicitur. Affranius: perii lachrymae linguam saepiunt. Aperit. relaxat recidẽdo ad expeditiorẽ uiã. Vinitor. cultor uineae Virg. iã canit extremos effectus, uinitor antes Pli. & culpa uinitorq; colentiũ eũ p̃stringũt: Vindemiator dicitur ꝙ uinũ legit uel ꝙ de uite id demit auc. Varrone in primo de lingua latina. Securus. nihil deinceps uindemiae timens factae: nam ancipiti semp detinentur animo ne aut hymbres aut grãdines uuis noceant dũ pendent uinitores. Vuas lectas. idest collectas: acetuum enim faciunt uuarum quas collegerint deinde calcatas in uascula portant quae ita bobus domũ trahuntur plena

Incipe falce nemus. Ita nr̃o in aeuo coloni obseruãt ut prio autũnali tempore fasciculos recisos ex arbore cõmodiore anteq̃ excidant folia reponant hyemi. aluntur commodissime greges (ut inq̃t Colu.) repositis ulmeis uel fraxino frondibus uel autumnali foeno. Viuas frondes. expone uirentes nam dum siccae sunt & humore carentes extinctae uidentur.

Falce. falces a farre littera immutata dictae sunt ut est auctor. M. Varro in primo de lingua latina. & sunt falces instrumenta uillica & amputationibus apta recuruaq; unde falcones dicti quorũ digiti pollices in pedibus intro sunt incuruati a falcis similitudine auctore Pompeio. sunt autem falcium multa genera sirpiculae enim falces a sirpando uocatae sũt: lumariae quibus lomecta secant cum in agris serpunt spinae. quas quod a terra agricolae soluunt idest luunt lumecta: sunt & foenariae & adoteae de quibus fit mentio a Varrone i libro praedicto. Stringere. rarefacere & excidere Virgi. in Buc hic ubi densas agricolae stringunt frondes: & in Tertio Georgicon tunc stringe comas tunc bracchia tonde Pli. ultimum uite dotatam habes & huius ueterinorum pabulo uersa folia stringis stringens autẽ deputas: significat ãt leuiter ferire ut supius expoluimus hoc ẽ ramusculos tm̃ & cõas arborũ

Debilis
Debilitare
Debiliter
Debilo.
Inanes uires
Marcere.
Marcor
Marcidus.
Locus Persi
Marcidi ocu
li ab Apule.
Marcidus li,
ber.
Exarmare
Ferrũ obtusũ
Obtusũ inge
nium.
Pectus obtu,
sum.
Circũspicere.
Saepe.
Saepire
Circumseptũ
Vinitor
Vindemiator
Viuae frõdes
idest uirentes
Falces unde
Falcones
Sirpiculae fal
ces
Lumariae fal
ces.
Foenariae fal
ces.
Adoreae fal,
ces.
Stringere.

Summatim

Aphricus

Libs.

amputare. Summatim ex ſumma parte excerpens & leniter:alias ſūmatim breuiter dr̄. Seruare comas:declarat qđ dixit ſummatī:comæ.n.arborū ſunt frondes quæ illis uicē exhibent capillaturæ. Seruare condere ut preſto ſint cum opus fuerit. Non excutit non diſcutit & diſſipat. Africus uentus ab occaſu brumali ſpirans quem græci lyba nominant(ut ſcribit plinius in ſecundo)ſlatq; aduerſus aquilonem ut teſtatur gellius hoc aūt ſpirante uento arborū frōdes ꝓſternuntur. Tremulas umbras .i.frōdes qbꝰ umbra conficitur itaq; ſæpe arbores pro umbris eſt inuenire.

Tunc opus ē teneras ſūmatim ſtringere uirgas
Tum debes ſeruare comas dū permanet hūor
Dum uiret & tremulas nō excutit africus ūbras
Aſt ubi conueniet tepidis fœnilibus olim
Promere cū pecudes extremus clauſerit annus
Sic tibi nitendum eſt.labor hoc in tpe noſter
Gnauaq; ſedulitas uenit & paſtoria uirtus.

Aſt ubi cōueniet: ſenſus eſt:debes hæc ſeruare ut quādo opus erit eas domi clauſas retinere.poſſis inde promere: ordinato uero ſic: tum debes ſeruare comas dum humor ꝑmanet.& dum africus nondū frondes excutit ubi uero conueniet repetendum eſt uerbum debes promere a tepidis fœnilibus. Tepidis fœnilibus. hoc eſt cumulis fœno conſtructis.ſi quidē fœnilia dicuntur ex fœno conſtructi acerui plinius libro decimo octauo naturalis hiſtoriae utiliſſimum ſimul & herbæ arare:deinde cratire ſerere florem ex fœnilibus atq; præſepibus fœno dilapſum ſpargere priuſquam cratianī hoc eſt crate ſubdomenī:Virgilius in tertio georgicon nec tota claudes fœnilia bruma:fœnificia appellantur ſecandi tempora:& fœniſecae qui fœnum ſecāt:perſius fæniſecæ craſſo uiciarunt unguine pultes:Sed ut ſimul intelligas quo ſint fœno alendæ pecudes hyeme Scias ex authoritate columellæ eas fœno chordo cibari ideſt ſerotino & autumnali:Siquidem chordum fœnum ſerotinum appellamus ut chordos agnos autumnali tempore natos & ſerotio:plinius libro decimo octauo rurſus rigari ſecta oportet ut ſecetur autumnale fœnum quod uocant chordum:uerba columellæ ſubſcripſi ne ſemper ad authorem lectores remittantur:Singula capita per hyemem tecte paſcuntur ad præſepia tribus hordei uel freſæ cum ſuis ualuulis.fabæ aut cicerculæ quattuor ſextatiis aut aridam frondem præbeat/aut ſiccam uel uiridem medicam cythiſumue/tum etiam chordi fœni ſeptena pondo aut leguminum paleas affatim. Olim in futurum ut apud Virgilium hunc tu olim cœlo.

Fœnilia.

Fœnificia.

Fœniſecæ

Chordū fœnum.

Chordi agni

Olim.

Vltimus mēſis antiquorū februarius

Terminalia

Niti.

Extremus annus:extrema pars anni quæ apud nos eſt decembri menſe cum duodecimus apud antiquos eſſet februarius ut author eſt Marcus uarro libro ſecundo de lingua.iō eo menſe terminalia feſta celebrabantur ꝙ is dies extremus eſſet anni.& hæc ſolemnia erāt de quibus fit mentio ab ouidio libro ita faſtorum ſecundo:Spargitur & cæſo cōmunis terminus agno nec queritur lactans cum ſibi porca datur conueniunt celebrantq; dapes uicinia ſupplex & cantant laudes termine ſancte tuas. Nitendu;laborandum :niti(ut notat marcellus)eſt conari ſub onere:Virgilius in tertio georgicon poſt ualido nitens ſub pōdere faginus axis increpat.Cicero tuſculanarum libro quarto tum illud quod ſyſiphus uerſat ſaxum ſudans nitendo neq; proficit hilum.Alias niti eſt incumbere ut apud Virgilium in ſexto æneidos ille uides pura iuuenis qui nititur haſta: Labor.h.in.t.n.uel cum aduentat hyems in præparatione cibi hyemalis.uel tunc eſt noſter labor cum inſtat hyems ut frondes & uiridantia quædam gregibus prebacantur. Gnaua ſedulitas:diligentia impigra:Sedulus enim dicitur diligens ut etiam ſuperius docuimus.& ſedulitas diligentia Cicero ad lentulum.cum ſentiam ſedulitate mihimet ipſi ſatisfacere non poſſum : Gnauū āt appellamus ſtrenuum & impigrum.Cicero in quinto uerrinarum permulti locupletes homines magni & graui oratores agros latos ac fertiles desererent:Virtus dicitur ut uiri uis a uirilitate & eſt uirtus affectio animi conſtans conueniensq; laudabiles efficiens eos in quibus eſt ipſa per ſe ſua ſponte ſeparata etiā utilitate laudabilis ut inquit cicero libro quarto tuſculanarum/quæſtionum.ita deffinitur ab ariſtotele uirtus eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens:Virtus in omnibus rebus induſtria appellaꝰ unde & uirtus paſtoria dici

Sedulus.

Sedulitas.

Gnauus

Virtus

Virtutis diffinitio.

potest cura & diligentia circa oues & capras.quæ res illis uirtus est maxima. Nec pigeat pudet & piget hoc distant pudet.n.uerecūdiæ est.piget pœnitentiæ.Plautus in pseudulo nimio id qđ pudet facilius fertur ꝙ illud quod piget non dedisse istum pudet me.quia nō accepi piget:Salustius in iugurtha nam postea quæ fecerit incertum habeo pudeat an pigeat magis disserere. Ramos recentes.nouiter incisos & uiridantes. Siccis.s. ramis & foliis. Adhibere.adiungere Succos nouos.uiridantia folia. Neu torrida nimbis.sēsus est:Sed noli tunc arborū ramos flectere ut inde frōdes demetas ne postea noceat arboribꝰ hyems.quā maxime sentiūt stricti & tunc uulnerati. Torrida hyems.idest adurens nam frigus nimium ut immoderato calor adurit.unde dixit Maro i primo georgicō penetrabile frigus adurit. Instet. immineat ut apud Virgiliū in p̄io æneī.

Pudet
Piget

Nec pigeat ramos siccis miscere recentes.
Et succos adhiber̄ nouos.neu torrida nimbis
Instet hyems:nimioq; gelu:niuibusq; coactis.
Incuruare uelis nemus:& cōstringere frondes
Tu tamē aut læues hederas aut molle salictū
Valle premes gelida.Sitis ē pensanda tuorū
Cāthe gregū uiridante cibo.Nihil aridus illis

Frigꝰ aduri
Locus Virg
Instare

In sexto æneidos Bacchatur uates magnum si pectore possit excussisse deum: apud Lucanum excludere in primo tellus extendere littora nolet excutietq fretum. Feras Beluas impositas. Refulgent propter aurum quo distincta fueraut. Retia enim in Theatro ad excipiendas feras tetenderant. Torta quæ filis aureis fuerant retorta ur apud nos ex lino hodie fila torquentur quoniam fortiora sunt & tenaciora. Torquere est filorum & funium unde dixit iuuenalis leuius torquetis Arachne. persius tibi torta canabe fulto cœna sit in transtro. Retia instrumenta uenatoria tam ad feras q̄ ad aues excipiendas oui. Retia sæpe comes maculis distincta tetendi. Retia à raritudine dicta ut autumat uarro in primo de lingua latina Reticulum diminutiuum est quod paruum rete significat iuuenalis satyra secunda reticulumq comis auratum ingentibus implet: Extant eminent. Totis dentibus quot sunt instructa retia: furcillis enim quibusdam sustentantur decipula ferarum ut i illa impetum facientes incurrant dum pauidæ & ia uenatoribus premuntur seu canibus: hoc genus retis hodie bononienses caniculas appellant a canibus illis paruis sagaciter lustra perscrutantibus in eaq arte quadam & mira instructione trudentibus. Dentibus æquatis eburneos intelligit hoc est elephantis: de magnitudine dentium elephantorum superius diximus. hoc tamen nunc addimus ex authoritate theophrasti ebur fossile candido & nigro colore inueniri & ossa e terra nasci quod inuenimus apud plinium in. xxxvi. naturalis historiæ: Stipitem æthiopem eburneam statuam appellauit. Cicero in oratione secunda de reditu suo eo q in æthyopia elephātorum copia est maxima unde legimus troglodytas apud plinium in octauo æthyopiæ confermios hoc solo uenatu ali. Dens longior aratro. Spectabiliores enim sunt ex magnitudine: Scribit polybius ex elephantorum dentibus in extremis aphricæ sepes & pecorum stabulis palos fieri authore gaulusia regulo. Aratrum instrumentum est uillicum ad terram euertendum dictum ut putat uarro in primo de lingua latina q aruit eius terram ferrum: Aratrum ita fieri docet maro in primo georgicō. huic a stirpe pedes temo protentus in octo. Binæ aures duplici aptantur dentalia dorso: in aratro Vomis siue Vomer est. dictus q terram uomat. item dens q eo mordetur terra: Stiua q a stando quæ ut autumat Seruius est aratri manica qua regitur quod suffulcit ciceronianis uerbis ita scribentis. Ab ipsa stiua mecum homines loquebantur unde dixit hesiodus & stiuam coropone manum qua firmet arator: Manicula etiam in aratro dicta est q manu bubulci teneat qui quasi est temo inter boues: Buris siue bura est curuamentum aratri dictum quasi

- Versilis scena
- Ductilis scena.
- Theatra. C. curionis
- Excutere
- Excuti de equis
- Locus persii
- Torquere
- Retia unde.
- Reticulum.
- Caniculæ retia apud bononienses
- Ebur fossile
- Locus Ciceronis
- Troglodytæ uenatu elephantorum aluntur.
- Ex dentibus elephantorum pali.
- Aratrum unde.
- Vomer
- Dens
- Stiua
- Manicula
- Buris

Bura unde. Locus fulgẽtii. Inuẽtor aratri Osyris Briges athenienis.

Boὸς οὐρὰ q̄ fit in similitudinem caudæ bouis unde Buram a bobus scribit esse dictam uarro propter similitudinem illam quam habere uidetur. Docet Hesiodus utile esse. Si temo ex ulmo uiridi uel lauro conficiatur. Stiua ex pinu dentalia uero ex quercu fiant: Inuẽtorem aratri triptolemum prædicant unde triptolomicum deutem appellauit fulgentius aratrum in primo mythologicon Osirim fuisse Scribit Seruius. de quo Vncię puer monstrator Aratri. Bouem & aratrum brigem atheniensem inuenisse Scribit plinius in. vii. seu ut alii uolũt triptolemũ. Ordine quid referam nunc spectaculum uarii generis cõmemorat ferarum. Omne genus genus continet et speciem quare & si nõ specialiter omnes connumerat feras in genere omnes comprehendit.

Dentibus æquatis: Et erat (mihi crede lycota
Si qua fides) nostro dẽs longior omnis aratro
Ordine quid referã? Vidi genus omne ferarum
Hic niueos lepores & non sine cornibus apros:
Manticoram siluis etiam quibus editur alcem

Niuei lepores. Cuniculi. Fœcũditas cunniculorum Catulos mares cunniculi insectãtur ALTRIX DOMVS Cattaneorũ Viuerres. Balearici a cunaiculis oppressi Cuniculi uñ Locus Pli. Indici apri. Anima sui pro sale data. Caridemus ab apro discerptus. Loc. Martialis. Signa inueniendorum aprorum. Manticora. Manticora uocem hũanam imitaẽ. Alce. Tauri carici

Niueos lepores Scribit plinius in octauo in alpibus lepores esse candidos quibus hybernis mensibus pro cibatu niuem esse credunt eaq; liquescente rutilescere annis singulis: de uenatione autem leporum uideto apud xenophontem in libro de uenatione. ex genere leporum cuniculi sunt rutili nigri candidi, maculisq; nascentes distinctis tanta fœcunditate ut post partum statim fiant pregnantes fœminæ: insectante catulos mare a piusq; usq; ad internectionem si inueniant. quare occultantur a matre ne inueniri possint non generant in domibus hi minus q̄ foris ut sit mirum inter eiusdem fere generis animalia tantam esse dissimilitudinem cum lepores capti etiam teneri raro mansuescant. hi uero sæpe e manu cuniculi cibatum capsant: hos Cattaneorum cum domus patritia educaret quæ me aluit placidissimos manibus tractare consueui, ultroneis sese obuiisq; offerentibus manumq; lingẽtibus: hos ex foraminibus uiuerres exire cogunt caueis immissæ animalia propter uenatuз eorum expetibilia. Memoriæ proditum est aduersus prouentum eorum balearicos quodã a diuo augusto militate auxilium petiisse cuniculi autem appellati sunt a foraminibus, quæ inhabitant qui multifores in terris sunt ut itelligas plinii uerba ita in octauo scribẽtis: Magna propter uenatum eorum uiuerris gratia est inmiciunt eas in specus qui sunt multifores in terris unde & nomen animali idest cuniculo. Et non sine cornibus apros de indicis apris intelligit de quibus plinius in octauo in india cubitales dentium flexus gemini ex rostro totidem a fronte ceu uituli cornua exeunt: cæterum suillũ genus comestioni gratissimum, cui animam pro sale datam non illepide quidam dixerunt unde dictum est a Iuuenali animal propter conuiuia natum. constat caridemum olim apri dentibus discerptũ fuisse cum cũ damnasset domitianus ob q̄d dictũ est ab epigrãmatario poeta in mancinuз ponatur tibi nullus aper post talia facta sed tu ponaris cui caridemus apro aprorum uenationem docuit xenophon quomodo fieret qui idem ubi sint uenatoribus his idicari signis docuit in mollibus locis uestigiis. in siluosis ramorum fragmẽtis ubi arbores fuerit ramorum uulneribus. Manticoram manticora ut scribit plinius in æthiopia gignit triplici dẽtiũ ordine pectinatim coeũti. facie & auriculis hois oculis glaucis colore sanguineo, corpore leonis cauda scorpionis modo spicula infigente. uocis ut si misceatur fistulæ & tubæ fiat concentus uelocitatis magnæ humanũ corpus uel precipue appetens. hanc i æthiopia hoiuз uocẽ imitari author est iuba. Quibus siluis uidimus uel uidimus in scena siluas ex quibus progrediebantur uel uidimus pro audiuimus ex septentriõe alcẽ editã. s. ex æthiopia Mãticorã. De alce sic scribit pli. septẽtrio fert & equorũ greges ferorũ sicut asinorũ asia & africa præterea Alcen ni proceritas aurium & ceruicis distinguat iumento similẽ de hac Solinus est & alces mulis comparanda adeo propenso labro superiore ut nisi recedẽs in posteriora uestigia pasci non queat. Et tauros ceruice leuata caricos intelligit de quibus

sta pli.siriacis nõ sunt palearia/sed gibber in dorso carici quoq; in parte asiæ fœdi uisu tu/bere sup armos a ceruicibus eminente. Dicuntur aũt proprie tauri qui castrati nõ sunt ad reparãdã sobolẽ idonei. tauri generationẽ iplent quadrimi & singulis denæ eodẽ ãno tra/dũtur uaccæ/sed memoratu dignũ est si post coitũ ad dexterã partẽ abeãt tauri generatos esse mares/Si in læuã fœminas his bella inter se ciuilia sunt amore.n.ad pugnas ducitur uic torq; regit & uicto secreta pe/tit qd tetigit lucanus in secũ/do pharsaliæ cũ cecinit pulsu ut armentis primo certamie taurus siluarum secreta petit uacuosq; per agos exul in ad uersis explorat cornua truncis. celeberrimus apud poetas est taurus puellã europã qui du/xit quã q; incolumẽ cretã trãs uexit inter astra constitutus est ut scribit Euripides. est autem ad exortum signorum dimi/dia parte collocatus ut docet hyginius/qui idem inter hu/ius finitionem & arietis caudã

Tauri qui
Si in dextrã partem abe/unt tauri nascũtur mares.
Victus taurus absconditur.

Vidimus: Et tauros quibus aut ceruice leuata
Deformis scapulis torus eminet: aut qbus hirtæ
Iactantur per colla iubæ: quibus aspera mento
Barba iacet tremulisq; rigent palearia setis

stellas esse dicit/quas uergilias nostri pleiadas græci appellauerunt. Memoratissimi quoq; fuerunt æripedes illi tauri quibus arauit iason ad uellus aureum missus de quibus ouidius in epistolis narrat & æripedes martis arasse boues. Leuata ceruice nam eminet a cer/uicibus tuber. Torus armus unde torosus appellatur armo forti & ualido insignis & torosa iuuentus dicitur a persio ualens & fortis satyra. illishos populus ridet multumq; to rosa iuuentus ingeminat tremulos naso crispante cachĩnos/torosam inde ceruicem bouis optauit Col. Eminet superstãt ut gradiensq; deas supereminet omnes. Deformis tur pis quasi sine forma sic inferius & equos nomie dignum sed deforme pecus. Scapulis scapulæ dicitur partes collum contingẽtes plinius in undecimo de locustis uox earum p ficisci ab occipitio uidetur eo loco in commissura scapularum habere quasi dentes existi/mãtur: Plautus scapulorum cõfidentia uirtute ulmorum freti Ouidius conueniũt tenues scapulis amc(l)ertdes altis inde interscapilium ab hyginio spatium dicitur inter scapulas.

Taurus inter astra.
Vergiliæ pleiades.
Torus.
Torosus.
Torosa iuuẽtus apud persium quid.
Deformis
Scapulæ
Interscapiliũ apud hyginium.

Aut quibus hirtæ Bisontes dicit qui iubati traduntur. plinius paucissima scythia gi/gnit inopia fructuum pauca cõtermina illi germania insignia tamen boum ferarum gene ra iubatos bisontes excelẽtisq; & ui & uelocitate uros. Hirtæ hirsute & asperæ plinius i undecimo pili a cute exeunt crassa. hirti Trogus colligit hirtos homines libidinosiores eẽ hirto corde gigni quosdam homines produnt nec alios fortiores esse industria/ sicut aristo menem messenium cui lacedemonii dissecto pectore hirsutum cor inuenerunt.

Bisontes
Hirti hoĩes libidinosiores.
Aristomenes messenius.

Quibus aspera mento Bisontibus asperam barbam dependere dicit. Aspe ra dura & ruuida ut dicunt bononienses unde asperitas Plinius in undecimo nouissima as peritas ut scobina fabri. Asperare uerbum inuenitur quoq; quod significat asperum & dif ficile reddere/Claudianus in ruffinum/Tum duplici fossa non exuperabile uallum aspe/rat alternis sudibus. Mento poetice dictum pro parte illa inferioris malæ sub qua pili inascuntur nam præter hominem nulla habere mentum animalia sunt qui existi/mariat. Iacet demittitur. Paleraia pelles sunt descendentes a collo rumam aliqui dicunt ut superius docuimus. Rigent propter hirtos pilos. Tremulis Se tis pro ipsis palearibus. Setæ dicuntur duriores pili unde setosus aper Virgilius in buccolicis setosi caput hoc apri: Iuuenalis & duræ per bracchia Setæ promittunt atrocem animum. Plinius de tauris Torua fronte auribus setosis.

Asperitas.
Asperare.
Mentum homini tãtum.
Palearia
Setæ
Setosus aper

Nec solum nobis siluestria cernere monstra
Contigit. Aequoreos ego cum certantibus ursis
Spectaui uitulos. Et equorum nomine dignum
Sed deforme pecus qd in illo nascitur amni

Siluestria monstra idest in siluis nascentia. Aequoreos uitulos marinos intelligit quorum uita in terra simul & aqua est ut scribit plinius. his in mille colores transire oculos duplicemq; esse linguam idem docet eosdē phocas uocāt in terraq; spirare et domite traduntur ob qd dixit maro in quarto georgicon sternunt se somno diuersae in littore phocae in somno q; mugitum reddant uitulis simile nomen sumpsere authoreq; plinio in undecimo auribus carent. Cuj ursis certantibus spectaculum ursi & rhynocerontis celebratur ab epigrammatario poeta in primo quiq; grauem gemino cornu sic extulit ursū iactat ut impositas taurus in astra pilas: notatum est annalibus domitium aenobarbum aedilem curulem ursos numidicos centum & tondes uenatores aethiopas in circo dedisse. M. pisone. Marc. Messalla consulibus: Ursi cum coeunt nō more quadrupedum commisceri traduntur sed ambobus cubātibus complexisq; horum partus parua informisq; caro paulo muribus maior, sine oculis sine pilo ungues tantum prominent sed hanc lambendo paulatim figurant. Traditum est Virgilium solitum mane plurimos uersus dictare ac per totum diem retractando ad paucissimos reducere quare non absurde se ursae more parere dicebat & lambendo demum effingere. Nil rarius quam parientem ursam homines uidisse scribit Plinius inualidum est urso caput unde & saepe in harena colaphis inflictis exanimati sunt. uis maxima eorum in bracchiis & lumbis quare interdum positis pedibus insistunt. Aluearibus insidiari traduntur nec auidius aliud q̄ mella captare ut refert Solinus. Et equorum nomine dignum hippopotamum intelligit hoc est fluuiatilem equum hippos enim dicitur equus ποταμος fluuius. hippopotamo & crocodillis refertum esse bamborum mauritaniae flumen Scribit Plinius in quinto. Idem in octauo de hippopotamo ita reliquit maior altitudine in eodem nilo Belua hippopotamus editur, ungulis binis. quales bubus. dorso equi & iuba & hinnitu, rostro resimo cauda torta & dentibus apri aduncis sed minus noxiis. tergoris ad scuta galeasq; impenetrabilis, hippopotamū & quinque crocodillos romae aedilitatis suae ludis. M. scaurus tēporario euripo ostendisse memoriae proditū est. hippopotamū traditur phlebotomiae fuisse magistrū q assidua satietate obesus in littus exit recentes arūdinū caesuras per speculatus atq; ubi acutissimū uidet stipitē imprimens corpꝰ uenā quādā in crure uulnerat atq; ita pfluuio sanguinis morbidū alias corpus exonerat huius magnitudinē quinq; cubitis haud eē minorē scribit diodorus in. i. Noīe equorū pp similitudinē iubae dorsi & hinnitus quē equis similē reddit. Deforme uel magnū. uel nulla formositate ad ꝯparationē terrestris equi. Qui sata ripasq; nilū intelligit in quo hoc aial nasci dictus. est at nilus aegypti fluuius aestatis tꝑoribus inūdās terrā de quo Luca. in. x. neu terras dissipet ignis nilus adest mūdo ꝯtraq; incēsa leonis ora tumet cācroq; suā torrēte syenē īportatus adest. nec cāpos liberat undis donec in autumnū declinet phoebus & ūbras extēdat Meroe: Vir. in. iiii. geor. Accolit effuso stagnātē flumie nilū. hūc incertis fontibus oriri scribit pli. uñ cecinit Luca. in. xi. nec fuit populis puū te nile uidere. Amouitq; sinus & gentes maluit ortus mirari q̄ nosse tuos. cū crescit reges aut praefectos nauigare eo nephas iudicatū incrementum nili iustum est cubitorum decimo sexto minores aquae non omnia rigant. Ampliores detinent tardius recedendo. haec serendi tempora absumunt solo madente, illae non dant sitiente. author est plinius in quinto

Vituli marini
Oculi mutātur uitulis in uarios colores.
Phocae
Vituli unde
Auribus carent uituli
Spectaculū domitii aenobarbi
Versus ursae more faciebat Vir.
Rato uidetur ursa pariens
Caput urso infirmum.
Aluearibꝰ insidiantur ursi.
Hippopotamus.
Quis primū hippopotamum romae ostendit.
Hippopotamus fleobotomiae inuentor
Nilus.
Nilus fontē non habet.
Incrementū nili.
Iustum.

Irrigat foecundat ut ait Virgilius. & uiridem aegyptum nigra foecundat harena. Sata seminata ut sata laeta boumque labores. Vndis uenientibus hoc est crescentibus incipit crescere luna noua quecunque post solstitiū est sensim modiceque cancrum sole transeunte, abundantissime uero cum leonem transit lucanus nec timet hibernus cum longe sole remoto officiis caret unda suis, dare iussus iniquo temperiem coelo mediis aestatibus exit sub torrente plaga: residet autem in uirgine iisdem quibus accreuit modis in totū autem reuocatur intra ripas in libra ut tradit herodotus centesimo die quod tetigit lucanus cum cecinit nec ripis alligat amnem ante parem nocti libra sub iudice phoebum. Ah trepidi bene trepidi quoniam ex rebus insolitis trepidi sumus ut hic apertione subita terrae. Trepidi timentes Vir. in ii. aenei. trepidusque repente refugit. Descēdentis harenae ordo est ah quotiens nos trepidi uidimus in partes harenae cadentis hoc est declinantis emersisse feras e uoragine terrae ruptae. Emersisse surrexisse iuuenalis haud facile emergunt quorum uirtutibus obstat res angusta domi. Eisdē latebris. s. ferarum ubi latebant. Croceo libro. i. cortice luteo ad similitudinem croci. est. n. crocū herba angusto folio in capillamentū modum in cilicia mariē proueniens, unde dixit Vir. in. i. georg. nōne uides croceos ut tmolus odores india mittit ebur. quia tmolus mōs est ciliciae ubi crocum praecipuum nascitur. Scribit plinius ebrietatem coronis ex croco confectis mulceri quod qui crocum prius biberint crapulam non sentire flos eius sacro igni illinitur cum creta cimolia. in hunc tradit conuersum florem eiusdem nominis puerum ouidius. olim sparsum crocum est neroni incedenti per uelabrum in palatium ut author est suetonius in eius uita. A croco crocotarii dicti sunt infectores uestium lutei coloris siue crocei. plautus in aulularia iam hosce absolutos censeas cum incedunt infectores crocotarii crocota enim uestis est croceo infecta colore foeminea que unde neuius mollicinam crocotam appellauit. diminutiuum est crocotula. crocotae fit mentio ab apuleio in. viii. de asino aureo his oculis obunctis grap hice prodeunt mittellis & crocotis & carbasinis & bombicinis iniectis. O felix Corydon idest fortunate. Tremebunda senectus eo quod homines Tremebundos faciat alias enim Tremebundi ex pauore dicuntur ut apud lucretium in primo tremebunda quod ad aras deducta est. Impedit implicat uetat. In haec secula quae ab augusto gubernantur & reguntur. Dimmittere primos annos expone cui contigit exuere primorum labores annorum quod ex principis munificentia accidere innuit. Deo indulgente augusto indulgere uerbum est quod significat permittere & operam dare ut apud persium est indulge genio. hinc indulgentia quandoque pro liberalitate accipitur. Sors hic pro fortuna dicitur plinius in secundo adeoque obnoxiae sumus sortis ut sors ipsa pro deo sit qua deus probatur incertus, est autem epicureorum opinatio fortuitu omnia fieri quae si uera esset nulla ordine suo procederet cum cuncta temere fortuna faciat ut scribit cebes in tabula sua:

Qui sata riparum uenientibus irrigat undis
Ha trepidi quotiens nos descendentis harenae
Vidimus in partes ruptaque uoragine terrae
Emersisse feras. Et eisdem saepe latebris
Aurea cum croceo creuerunt arbuta libro.
LYC. O felix Corydon quem nō tremebūda senectus
Impedit. O felix quod ī haec tibi secula primos
Indulgente deo dimittere contigit annos
Nunc tibi si propius uenerandū cernere numē
Sors dedit & referens uultūque habitūque notasti

Irrigat.
Incrementū nili quando.
Trepidi.
Emergere
Crocum
Loc. Virgilii.
Tmolus mōs
Mulcet crocoebrietas
Crocum ad ignem sacrum
Crocotarii.
Crocota
Mollicia crocota
Crocotula
Tremebūdi.
Indulgere
Indulgentia.
Sors pro deo

Sortes
Sortitio.
Loc Virgilii
Sortitio iudi cum.
Forma.
Formare
Nuda paupertas
Fibula
Fibula i usu histrionico
Loc. senecæ
Diffibulare.
Refibulare.
Vncinelli
Fibula apud Suetonium quid.
Aduncus
Vtcumq.
Mars deus belli.
Bellipotens.

dicitur etiam sors cum ex urna nomina multorum simul cõgesta extrahuntur.& ipse actus sortitio appellatur de hac sortione intellexit Maro.in.ii.æne.cū cecinit lacoon ductus ne ptūo forte sacerdos docet uero Asconius qūo ap antiquos sortitio iudicū fiebat quoq; noia tabulis inscripta in urnas coniiciebant deinde sorte educebant. Propius uicinius. Referens ex antiquo exemplari legendū est præsens.i.ad eius conspectū. Quæ forma deoꝝ rustice locutus est.forma effigies hic alias dicitur ꝑ formositate.formare uerbū est et qd significat effigiare & in formā ducere.horatius uoce forma fticatus & decoræ more palestræ. Mea numina augustum qui instar mihi est numinis: Pulla paupertas pullo tecta colore uel nuda ex aliqua corporis parte. potesq; et intelligere nudaꝫ paupertatem quæ ab omnibo fugiatur nullosq; q habeat a quibus tegaẽ nudum latus.

Dic age dic Corydon quæ sit modo forma deoꝝ
O utinam nobis non rustica uestis inesset. CO.
Vidisse ꝑpius mea numina. Sed mihi sordes
Pullaq; paupertas:& adunco fibula morsu
Obfuerant. Vt cūq; tamẽ conspeximus ipsum
Longius. Et nisi me decepit uisus in uno.
Et Martis uultus. Et Apollinis esse putaui:

FINIS BVCCOLICORVM CALpurnii.

Fibula ornamentū est cinguli ad uestẽ subligandam Vir.aurea purpureā subnectit fibula uestē.& alibi tereti subnectit fibula gēma.fibula ēt fuit usui histrionū accōmodata ad reprimendum coitum de qua tale ẽ apud epigrāmatarium poetā distichon Dic mihi simpliciter comedis & cytharedis Fibula quid præstas?carius ut futuant.nam fœminis magno soluitur comedi fibula ut inquit iuuenalis de hac intelligit seneca in libris naturalis philosophiæ ita scribens quid ergo est q ap poetas salacissimus iuppiter desierit liberos tollere utrum sexagenarius factus est & illi lex papia fibulam imposuit.a fibula diffibulare & refibulare deflectuntur quæ uerba significāt fibulam soluere Martialis cuius refibulauit turgidum faber penē.hic fibula pro unco & retorto ære accipitur quo anterior pars uestimenti uincitur hodie bononienses uncinellum appellant diminutiue ab unco sicuti apud suetonium pro puerili cinctura ita in tiberio scribentem Munera quibus a pompeia sexti pompeii sorore in sicilia donatus chlamys & fibula item bullæ aureæ durant. Adunco morsu retorto & in unci modum inflexo. adūcum enim tortum appellamus & reflexum plinius in undecimo quidam unum esse eum & quia sit aduncus resupinari. Obfuerant impedimento fuerant. Vt cumq; quali potuimus modo: Visus me decepit idest fefellit. In uno.s.augusto scribit plinius in undecimo augustum quondam gratulari solitum si quis ad eius conniueret aspectum.

Martis uultus ardens & rutilans & hoc ad aspectum bellicosum referendum est. nam mars belli deus est unde bellipotens cognominatur. Et apollinis hoc ad mansuetudinem & formositatem disciplinamq; litterarum quibus ipse deus præpositus est.

FINIS COMMENTARIORVM DIOMEDIS GVIDALOTTI BONONIENSIS IN CALPVRNII SICVLI AEGLOGAS SEPTEM

Ioannis Baptistae plautii.

Tytides quondam danaum fortissimus heros
 Non uenerem timuit ense ferire deam
At tu romanae cultor celebrande mineruae
 Inuida mordaci pectora figis acu
Inuida doctiloquo premis & molimina cantu
 Erigis & patriae tertia signa tuae
Dum sacer arcano promis de pectore uatum
 Pallada. ut immites de nemore ida feras
Dum tibi parnasus credit sua culmina: & alto
 Doctus pierios suscipis ore lacus
Dum expenis lepidum uatem: dū robora: quercus.
 Et narras dumos-pascua: rura: boues
Nec non pastorum teneros describis amores
 Qui ueneris saeuas saepe tulere faces
Perge igitur: ueteresq; alios a morte poetas
 Vendica: & aeternum tandem age profer opus
Quo tua eat totum celeberrima fama per orbem
 Quae sit atris penitus mors truculenta uiris.

Iacobi phasanini

Pastorum mores gracili Calpurnius arte
 Edocet: huic Studeas lector: & Inuigiles
Si modo Calpurni ritus dignoscere tentes:
 Haec Diomedea Sume notata manu:
Namq; adeo effectus monstrauit & acta poetae
 Diceret ut uiuens nil uoluisse secus:
Arma hic nempe: sibi quae iam dedit aurea glaucus
 Dat grauiore tibi digna supercilio.

Augustini Tenchararii

Absit liuor edax: Dentis rabiesq; canini
 Candidus es quis quis candida scripta legas.
Non coruis haec sunt-niueis sed oloribus apta
 Que bonus interpres lucidiora facit

IMPRESSVM BONONIAE Per Me
Caligulam De Bazaleriis Bononiensem

MAGNIFICO CHRISTOPHORO Pogio Secretario Illustris
simi Principis IOANNIS BENTiuoli Secundi dignissimo.
DIOMedes GVidalottus BOnoniensis.

OLEO ITA Mecum semper agere obseruandissime pa
trone. ut si quid in nobis nouerim ingratitudinis me ipso
nūq̄ absoluar iudice quo fit ut impensius gratitudini stu
deam. ne si aliquando incautius errauero me ipsum qua
si Terentianus senex excruciem. unus tu tamen ut succumbam facis &
subinde clam arguis ingratitudinis. cuius tanta sunt erga me merita
ut. & si uitam pro tua dignitate profundam nullam partem uidear illo
rum assecutus: q̄ si non deterreor hæc q̄ parua ingenti cumulo tuorum
opponere beneficiorum. quid posse uelim magis. q̄ quid ualeam osten
tare contendo: Vt perspicuum sit pro uiribus adniti ingenium ne remu
nerationi non inseruisse arguatur: Quamobrem commentaria: Secun
di nostri fructus in Nemesianum iampridem tibi debita. nunc tandem
absoluta demum dicamus tuæ. futura (ni fallor) propensi erga te amoris
documentum sempiternum & erga me uestri: Cui enim potius hæc con
secrarim q̄ tibi: qui & si nullo me deuinxeris beneficio. his optimo iure
iamdiu manum inieceras. Tum q̄ & quoddam necessitudinis uinculo
tecum detineor: Tum q̄ optimus litteratorum omnium fautor. acerri
mus deffensor. & semper ad uirtutem incitator extitisti. Nec me fallit
ut pro te iudicem immensi calcar amoris. Nam hoc idem princeps au
sit asseuerare noster IOAnnes Bentiuolus Secundus. Qui adeo te ma
gnifacit una cum uxore prudentissima sua GINEVERA. ut nihil si
ne te cogitet. condat atque destinet. Qui tum denique hylarissimus ui
detur cum tecum loquitur. Aut si quando in prædio tuo eius remittitur
animus amœnis iocis & recitationibus intentus. hoc nouere similiter
prestātissimi eius filii. Hannibal. Antonius Galeaz. Alexander & Her
mes quoq3 non minus accōmodaris uoluntati q̄ eorum parentis: Viue diu
fœlix tibiq3 quicquid postules offerat fortuna necnō uxori tuæ oīum fœ
minarum prestātissimæ. ut ita diu musas tueri possitis & fautores esse uir
tutū utq3 Ioannē filiū admirabilis ingenii puerum. Seu lyrā pulset. seu car
mina recitet. ad illud celebritatis culmē pducatis ad qd̄ euadere solent q̄
q̄ maxime: Me ipsum. Meaq3 tibi comendare supuacuum uidetur cum
hoc satis iudicē: si tuū hoc sit munus. & tuæ partes. quas: qm̄ Maliuolē
tia & liuore impediūtur: Vestrum erit a detrectatoribus deffendere & li
beras reddere. Ne dum exeunt inuidos Morsus reformident. & latibula
magis q̄ lucē desiderare uideantur Vale & me (quod soles) Redama.

VITAE NEMESIANI VT Diximus etiam in Calpurnio nisi ex coniectura quædam dicantur certi nihil inueni: habuit principis augusti a Calpurnio celebrati aurem mirum immodum facilem, unde dixit Calpurnius æglogæ pria. Forsitan augustas feret hæc Melibœus ad aures & hic est Nemesianus illæ. cui opusculũ suũ dicauit calpurnius quasi Mœcenati altero: & fautori suo. huic quantũ ille placuerit ex hoc apparet ꝙ cum imitari omni nixu conatus est. quare & sæpius integrũ illius carmẽ inserit suis: de morte & gestis eius diuinare potiꝰ esset ꝙ ueri quicꝗ adducere. ideo hæc relinqmus qbus fortasse notiora fuerunt neqꝫ.n. nos tanti facimus ut omnia soli nouisse arbitremur

IOANNES BAptista Plautius.

Si quis Iantheos hac possidet urbe liquores:
Atqꝫ meduseos combibit ore lacus:
Si quis fatidici decantat grande Maronis
Carmen: & argutos spargit ad astra sonos:
Si quis pimpleis sua pectora nutrit in antris:
Atqꝫ suis aptat laurea serta comis:
Si quis aues suaui demulcet carmine: si quis
Numen habet posita gorgone palladium.
Si quis & antiqui cautus penetralia uatis
Intrat: & amissũ dat sibi habere decus:
Si quis & audacem constanti pectore uulgum
Spernit: sordidulas grammaticiqꝫ manus:
Disperream si non meus est Guidalottus: honorem
Nunc merito phœbus quem putat esse suum.

DIOMEDIS GVIDALOTTI BONONIENSIS COMMENTARIA IN AVRELII NEMESIANI CARTHAGINENSIS AEGLOGAS.

AVRELII NEMESIANI POETAE Carthaginensis Aegloga prima incipit. Interlocutores Timetas & Tityrus.

Ti. d Vm fiscela tibi fluuiali Tityre iunco
Texitur & raucis resonāt tua rura cicadis
Incipe si quod habes gracili sub arūdine carmē
Compositum. nā te calamos inflare labello
Pan docuit. Versuq; bonus tibi fauit Apollo.

d VM Fiscella tibi Cum ĩ exemplaribus antiquis discretæ reperiant Calpurnii & Nemesiani æglogæ non ausim ego discretas cōiungere & uni ascribere Calpurnio: Et si sciam a multis & doctissimis uiris citari carmina non Nemesiani quæ illi ascribuntur sed calpurnii Neq; enitar ut magis huius q̃; illius esse probem, ne si hæc inquirā scrupulosius delphos potius q̃ apollinē cōsuluisse uideat, hoc est diuinare magis q̃3 explanare: hoc tantum nostri erit asseuerare cuiuslibet sint elegāter, graphice. & stilo iucūdissimo pcedere ꝙ si quædā difficiliora ut a doctissimo plata inuenientur p uiribus enitar ut q̃; facilia & plana lectoribus appareāt: opus igr̃ aggredientibꝰ nobis ñ inutile fore arbitror si(ut ꝯsueuimus) argumētū æglogæ āñponamus: qd tale ē. Timetas superueniēs tytiro fiscelā texenti petit ut carmia recitet & cū ille senectā excusatiōi sibi p̄dicet timetāq; ipm potius ad cātilenā puocet incipit tytirus & orditur carmina, quibꝰ pastorē mortuū quēdā usq; ad sidera tollit quēadmodū daphnim Virg. quē āt itelligat ambiguū ē nisi aut calput. aut augustum seu quēuis aliū nō. n. hæc nos affirmamus: ne sint qui subito huic se se applicēt Anſæ Vituperatores. Fiscela. instrumētū rusticū est a ferēdo dicta ut scr. Varro cuius primitiuū est fiscina Calp. sed mihi nec gracili sine te fiscela salicto texitur: fisci etiam fiscinæ & fiscelæ ut docet Asconius spartea sunt utēsilia ad maioris sūmæ pecunias capiēdas hinc est locus cicerōis ex quīto Verrinaꝝ in cistā trāsferā ex fisco quod significat ad meā utilitatē priuatā cum fiscus sit pprie publicus. Texitur. cōmittit & intextu cōficitur: ꝯtexi crimē dicit ēt per quādā similitudinē cicero pro rege Deiotaro At q̃3 festiue crimē cōtexitur. Apud Vir. detexere p ualde texere dr̃ molli detexere iunco: Retexere uero q̃nq; aperire & dissoluere interdū iteꝝ significat texere Cice. in secūda Phil. Itaq; iā retexo orōem meā. Idem in quinto Verri. ut totā suā p̄turā retexere uideret. Resonāt. obstrepūt & sonū reddūt ut resonantq; acanthida dumi. Raucis cicadis. epithethon est perpetuū cicadaꝝ: quæ canūt uocant Achetæ hoc est querulæ & quæ miores ex his sūt tetigōiæ ql ex cicada gēitæ Mares in utroq; gñe cantant(ut auctor ē Plin undecimo) fœminæ silent. ex genere cicadarū est surcularia quæ grandior a surculis quibꝰ adhœret dicta frumētariaq; ꝙ cū frumentis arescētibus appareat alio noie auenaria ēt dicta. cicadis uesci gētes ad orientē & parthos auc. ē Pli. Scr. Plu. ĩ syllæ uita sēatu sedēte in tēplo bellōæ passerē inspectantibus cūctis iuolasse ore cicadam gerētem cuius eiectam partē reliquit partē ēt tenens abscessit uñ augures seditionē & agrestiū aduersus urbanam & forensē turbam dimicatiōem cōiectauere. Sub gracili arundine. stilū pastoriū significat qui gracilis est uñ ap̄ Virg. gracili modularus auena gracilis. n. tenuis dr̃ uñ graciles indi ꝙ tenues & a sole exusti sūt appellati. Cōpositum. ditū. Inflare. flatū & sptm̄ dando icinere, Vir. ĩ buc. tu calamos inflare leues ego dicere v̄sus. Gel. ĩ. i. noc. atticaꝝ ad manū cū eburnea solitus hr̃e fistula q flaret post ipm occulte quū cōciōaret peritū hoiem qui īflaret celeriter eū sonū qui illū aut remissū excitaret, aut a contentione reuocaret Scri. plu. Tibias spreuisse alcibiadē ꝙ & colloquia tollerēt & hoīs os deformarēt dū inflarent qr̃ & pallas fregisse illas dr̃ cum os tumidum aīaduerteret ĩ tritonia palude. Labellū. diminutiuū ē a labro qd significat oris partē superiorē & inferiorē3 uñ labeones & brūci dicti auc. pli. sed iam plura diximus ĩ Calp. Nō omittendū est tñ labꝝ

Fiscela unde
Fisci.
Fiscinæ.
Fiscelæ.
Loc. Ciceron.
Contexi crimen.
Detexere.
Retexere.
Achetæ.
Tetigoniæ
Surcularia
Frumentaria
Auenaria.
Cicadis uescuntur.
Passer ore cicadam gerēs
Gracilis.
Graciles indi
Inflare
Tibias cur spreuit Alcibiades
Tibias fregit pallas.
Labellum.
Labrum.
Labeones

aliqñ p uase balneario accipi ut ap Cice.ita scribēte cura ut labra in balneis sint & apud papiniū Argento fœlix ꝓpellitur unda argentoq cadit labrisq nitentibus instat delicias mirata suas. Bonus apollo.seu doctus ut bōi quoniā cōuenimus ābo: seu ꝓpicius & innocuus ut sisq bonus fœlixq tuis. Salices ædi.hædi.captaꝶ sunt fœtus sicut agni ouium amantq salices uñ dixit Virg.non me pascente capellæ florentē cythisum salices carpetis amaras. Detōdent. excerpūt: sic Virg.in.3 æneí. equos i gramine uidi tondentes cāpū late candore niuali.i.pascentes naꝫ dū pascuntur herbas tōdent & præcidūt. Pemittere campo. documus In Calp.cōm.ex auc. Virg.& Colu.qua hora pascantur pecudes prio.s.mane & cuꝫ sol ad occasū uergere icœpent nā mane torulēta illa herba pecori est gratissima ūde dixit cal. humida dulces efficit aura cibos quoties fugientibus euris frigida nocturno tinguntur pascua Rore: Eandem diligentiam habendam esse uaccis & iumentis præcipit Virg. & maxime grauidis ne solem sentiant cū mediis feruoribꝰ acrior instat quare ita suadet. Armentaq pa'ces sole recens orto aut noctem ducentibus astris. Clementia solis.i.ortus solans tunc.n.clemens est & mins cum oritur ut qui uōdū uires actiores collegent quibus pollet cū cœli mediuꝫ obtinet Nā tunc inclemencia uocatur ardor ille nimius & torrida radiatio

Labraque suas.
Hedi
Agni.

Incipe dum salices hedi; dum gramina uaccæ
Detondent. Viridiq gregē pmittere campo
Et ros: Et primi suadet clementia solis.
Hos ānos canāq meam mihi care senectam — Tit.
Tu iuuenis carusq deis in carmina cogis? — b
Viximus. Et calamis uersus cantauimus olim
Dum secura hilares ætas ludebat amores.

Clemētia solis.
Inclementia
Suadere.
Dissuadere.

Suadet.pmittit quasi quadam suasione suadere est suaui alloquio quempiam in opinionem tuam inducere cuius contrariū est dissuadere qd significat opinionem sup aliqua re facienda tollere a suadeo fit suasio & suasor & suadela ꝓ suasione. Et suada illa dea quæ & eadem pitho appellatur a suadendo dicta quam in primoribus labris piclis habitasse ferunt q in animis auditoꝶ quasi aculeos quosdā relinquere uidebatur quoties perasset auc.sunt ualerius in octauo & in eius uita Plu. Hos ānos.excusatio legitima & legas interrogatiue idest me senem canere iubes cum officium hoc sit robustioris ætatis. Canam senectam.canis hoc est albis capillis insperiam uir.in.y.æneidos temporibus geminis canebat sparsa senectus pro eo q est capilli albebant indicia senectutis. Tu iuuenis.ex multis est causis excusatio q sit senex q a iuueni inuitetur & q prouocetur a docto. Tu iuuenis cui.s.loci cātus & blandimenta ꝯueniunt. Carus deis.uel generaliter omnibus deis ut cara deū sobo les uel apollini & baccho qui fautores & dii sunt poetaꝶ qui ideo semp iuuentā retinere existimantur q semper florentcarmina & nūq inter moriuntur hincq cecinit Tib.in primo solis eterna est baccho phœboq iuuentas nam decet intonsus crinis utrūq deum quamuis in impressis exemplaribus totus sit corruptus uersus. Viximus.aliqua hñt exēplaria diximus pro eo q est cantauimus nam dicere qñdoq pro canere accipitur ut dicite pierides nō omnia possumus oēs respectat ār prouerbiū antiquū & priscum morē nā ut scribit Plu.in lycurgo tres erant chori pro tribus ætatibus in celebritatibus cōstituti unusq senectutis incipiens canebat nos olim robusti fuimus iuuenes. Adultæ uero ætatis alter subsequens inquiebat. Nos autem sumus q si uelis periculuꝫ facito. At pueritiæ tertius nos erimus multum profecto meliores: Ad hunc itaq morē allusit catullus cum dixit sed hæc prius fuere nunc recondita senetquiete Et Virg.illo carmine uixi & quē dederat cursum fortuna peregi:& alibi fuimus troes:fuit ilion & ingens gloria teucroꝶ. Secura ætas.iuuenilis quæ nulli est obnoxia tristitiæ & a curis seposita unde oui.in.3.tristium cecinit integer & leta letus iuuenilia scripsi. Ludebat.scribebat ludere.n.aliqñ scribere significat ut apud Virgi. ludere quæ uellē calamo permisit agresti. hylares amores.festiuos & lasciuientes hylaris auteꝫ lætus dicitur & gaudibūdꝰ uñ hylarare quod significat lætuꝫ facere & hylarari iucundari. M. T.de finibꝰ bonoꝶ et maloꝶ libro.ii.ueꝶ hoc loco sumo uerbis his eandē certe uim uoluntatis epicuꝶ ñ nolle q̄ꝫ cæteros.oēs.n.iucunduꝫ motuꝫ quo sensus hylaret græce ηδονην latine uolupratem uocant. Albium caput.hoc est canum et albis capillis inspersum.

Suasio
Suasor
Suadela
Suada dea.
Loc.Virgi.
Locus Tibu. correctus
Dicere
Prouerbium Antiquum
Nos olim fuimus
Locus Catulli
Locus Virgi.
Iuuenilis ætas secura
Ludere
Hylatis
hylatare

Et ueneres tepuere sub annis hoc est calor illæ iuuentæ quo uigebat uenus cecidit. Naʒ fugit retro leuis iuuentas & decor arida pellēte lasciuos amores canicie ut inquit horatius i ii.carminū senectus.n.calorē extinguit,ut inqt plutarchus de mario & iuxta inīam cicerōia nā de amicitia uiriditatē aufert. Veneres iō plurali dixit nūero qm̄ plures ueneres & cu/pidines credidit antiqtas unde dixit catullus lugete o ueneres cupidinesq;: Scribit lactantius

Nūc album caput. Et ueneres tepuere sub annis
Iam mea ruricolæ dependet fistula fauno
Et nunc rura sonant. Nuper iā carmina uictor
Risisti calamos & dissona flamina Mopsi
Iudice me. Mecum senior Melibœus utrumq;

in.i.diuinarum institutionū ue/nerē p̄riam in cypro artē me/retriciā instituisse inuentri i/cemq; fuisse ut mulieres uul/go corporꝫ questū facerēt qd̄ iccirco imperasse uidet ne lo/la præter alias mulieres ipu/dica & uirorꝫ appetens crede/retur. Tepuere uehemen/tiam caloris amisisse unde tepidi dicuntur mediocriter inflāmati Oui. sæpe tepent alii iuue/nes ego semp amaui sophocles confectus senio iactare solebat beneficio senectutis se a ue/nereis cupiditatibus tanq̄ʒ a dn̄o agresti & furioso liberatū qd̄ recensuit philostratus in p̄rlo

Sub annis hoc est sub senectute quæ ex annis contingit tunc.n.hō grauatus senio a cu/piditate uenerea liberaᷓ qr̄ ita ꝯquerit Oui. in libris amorꝫ quæ mihi uentura est siquidē est uentura senectus cū desit nūeris ipsa iuuenta suis hinc carpit iuuenalis sermonē ipudicū in uetula quæ ex ætate ab his aculeis debet semoueri, Ita.n. inquit sat.vi. Tu ne ēt quaʒ sextus & octogesimus annus pulsat adhuc grece,nō ē hic sermo pudicus in uetula quotiens lasci/uū interuenit illud ζωη και ψυχη modo sub lodice relictis. Iam mea ruricolæ Mos fuit antiquorꝫ ut qui rude donarenᷓ & essent emeriti arma tēplis affigerent seu aliquo dono da/rēt deo ut ita indicarēt se usū nullū amplius in illis hēre & in hanc sn̄iam platū ē illud ab au/sonio lais Anus ueneri speculū dico dignū hēat se eterna eternū forma ministeriū At mihi nullus in hoc usus/quia cernere talē qualis sum nolo, qualis eram nequeo. Ad id ēt respexit Oui. ita canens in.iiii. tristiū miles ut emeritis nō est satis utilis armis pōit ad antiquos quæ tulit arma lares inde est illud horatii ex.3. carminū uixi puellis nuper idoneus & militaui nō sine gloria nunc arma defunctūq; bello barbiton hic paries hēbit & illud ex.i. epistolarꝫ nō eadē ætas nō mens ueianius armis herculis ad postē fixis latet abditus agro: pueritiæ itaq; si militer exuentes indumēta laribus insignia appendebāt ut bullas significantes usuʒ in illis non esse uiris ob qd̄ dixit p̄sius Bullaq; succinctis laribus donata pependit/id & uirgies quo q; obseruasse traduntur ueneri puppas offerentes qd̄ & p̄sius tetigit illo uersu nēpe,hoc quod ueneri donatæ a uirgine puppæ. hūc itaq; modū respiciens poeta noster dixit siluano pen/dere fistulā/nā similiter pastores fistulas suas dicare solebant. unde dixit Virg. hic arguta sacra pendebit fistula pinu/& tibullus in.ii. pēdebatq; uagi pastoris in arbore uotū garrula silue/stri fistula sacra deo. Ruricolæ fauno ruris curā hēnti sed de fauno plura in.i. calpurnii æ/gloga uideto. Et nunc rura sonant in oībus fere exēplaribus hūc uersum cū sequētibus usq; ad illū & parere decet timeras sducit p̄ferre qd̄ (meo quidē iudicio) nullo pōt p̄cedere modo nā manifestū est timetā Mœlibei laudes canere qd̄ p̄bat in fine æglogę dicēte Tyti/ro perge puer cœptū tibi ne desere carmen & ex excusatione tu iuuenis caruiq; deis in car/mina cogis neq;.n.uerisimile est iudicē se prebuisse seniori Tytiro timetā iuuenē qm̄ ut ple/rūq; annosi iudices inducūtur: Ideo sequentia carmina Tytiro tribuenda sunt tali ordine & sensu cū mea dependat fauno fistula sitq; senior ætas a carmine semota excusari debeo sʒ tu cuius nouū certamen cū Mopso celebratur cū me iudice & Melibœo illuʒ derisui habui/sti & nō sine laude apud melibœuʒ fuisti qui nūc e uita discessit dic age dic aliquid. Et nūc ēt nūc. Dissona flamina hoc est inæquales sonos & spiritus quibus inflātur calami. disso/nū.n. discors dicimus cuius contrariū est ꝯsonū qd̄ significat simul rn̄dens nihil ār est peius in musica q̄ʒ si discordet cōcentus cuius tantū ap̄ antiquos studium fuisse scribit quintilia/nus ut idē musici & uates & sapiētes iudicarēᷓ quare in p̄uerbium usq; græcorꝫ celebratuʒ est indoctos a musis atq; gratiis abeē unde cum mos eēt in cōuiuiis post cœnā lyrā circūferre themistocles hītus est indoctior qui eius artis se imperitum cōfessus ē author Ci. in tusculanis questiōibus cæterum cum nulli dubium sit hanc ad oīa pene adhiberi solitum ut quam

Plures ueneres
Venus inuentrix p̄stituendi corpora
Tepere
Tepidi
Sophoclis sa/ctantia senis.
Locus Iuue.
Mos emeritorūʒ deponendi arma.
Locus auso/nii
Locus Oui.
Loc. Horatii.
Locus persii
Puppæ a uirginibus ueneri offerrebantur.
Loc. Virgilii
Locus tibulli
Annosi iudices
Dissonum & Consonum
Studium musices apud antiquos
Indoctos a musis atq; gratiis abesse
Themistocles habitus indoctior q̄ musicam ne/sciret

oratori cõmodissimã qntilianus ẽt existimarit remitto plura auẽtes ad quintilianũ gelliũ & cæteros &.n.cõmentãtis offim ẽ flosculos tm̃ attingere ne nauseã afferat legentibus.

Mecũ Mœlibæus cũ ipse & ego Tytirus nos uobis iudices exhiberemus. Vtrũq; te &

Ferre extollere

mopsũ. Ferebat extollebat ut daphnimq; tuũ feremus ad astra. Sublime.i.ad altũ sublimis náq; altus dr̃ inuenit & sublima.Salusthus historiaꝶ lib.3.ná terra nunc erat & sublima nebula celũ obscurabat.

Sublimis
Sublima

Audierat laudesq; tuas sublime ferebat.
Quem nunc emeritæ permẽsum tempora uitæ
Secreti pars orbis habet mundusq; priorum
Quare age:Si qua tibi Melibœi gratia uiuit
Dicat honorates prædulcis tibia manes
Et parere decet iussis & grata iubentur
Nãq; fuit dignus senior quem carmine phœbus

Elysii campi

Pars secreti orbis .i.cãpi elysii q iidẽ pioꝶ cãpi nũcupanẽ flaccus in.i.argonauti. nec iã merito tibi typhi quietũ ulla patẽs uolet elysiũ ma nesq; pioꝶ de his Vir.in.yi. Deuenere locos lætos & amœna uireta fortunateꝶ nemoꝶ sedesq; beatas. largior hic campos æther & lumine uestit purpureo soleq; suum sua sydera norunt.

Mensores

Permensũ tpa hoc est defũctũ metaphora sũpta a geometris qui oĩa mensurare solent uñ mẽsores dicti horati.te maris & terre nũeroq; carẽtis arenæ mensorẽ cohibent archita Oui.cõemq; prius ceu lumina solis & auræ cautus humũ longo signauit limite mensor.

Emeriti
Rudiarii

Emeritæ uitæ exactæ & finitæ emeriti.n.dñt milites quia militia uacationem hñt & rude dõati sunt Luc.in.i.quæ sedes erit emeritis quintilianus emeritis huic bello stipendiis hi rudiarii a rude ẽt qua donabantur sunt appellati rude.n.hoc est baculo ita dõnoiato a militia liberabantur.Oui.in libris amoꝶ tutaq; sed posito poscitur ense rudis Hic emeritam uitam intelligimus absolutionem curarum a qbus tamq̃ rudiarii liberamur cum aduentat mors.

Rudis

Atlantiacae insulae

Secreti orbis campi elysii qui sunt in insulis fortunatis si credimus lucano atlantiacas autẽ insulas quæ duæ sunt paruo inter se diuisæ mari beatas uocant authore plutarcho qui decem millibus stadioꝶ a lybya distare scribit in uita sertorii de elysiis campis aĩam cũ in corpus emittitur p tres elementoꝶ ordines trina morte ad corpus usq; descẽdere author est Macro.in.i.de somno scipionis.

Ex elysiis campis animae ad corpus
Locus horatii

Mundus prioꝶ legendũ est pioꝶ ibi.n.sedẽ piæ hñt aĩæ hinc dixit horatius tu pias letis aias reponis sedibus cũ campos intelligeret beatoꝶ ubi a mercurio pioꝶ aĩæ collocantur. Grata Beniuolentia hic. Viuit in te adhuc p manet nam uiuit tunc gratia si amici memorẽ pstat amicum: Honoratos manes uel pp inferias dixit illi datas quæ in honorẽ fiunt defuncti uñ ap Vir. est in.y.æne.ergo agite & cuncti lætum celebremus honorẽ uel pp id q deus effectus fit meliboeus ut ap Vir.Iamq; dies(nisi fallor) adest quẽ semper acerbuz semper honoratum(sic dii uoluistis) hẽbo ubi honoratum exponit seruius q deus effectus fit.

Honor seniorum

Et parere decet hic loquitur Timetas dupliciq; de causa ut canat adduci arguit & quia parere decet seniori & longeuo, q̃s etatem tanto honore psecuta est antiquitas ut crederent hoc grande nephas & morte piandum si iuuenis uetulo nõ assurrexerat & si barbato cuicumq; puer ut inquit iuuenalis iuxta quam sniam platum est illud a marone in buccolicis tu maior tibi me est æquuz parere menalcha.& quia grata sunt que iubentur in laudẽ meliboei. Iussis iussionibus & mandatis ut apud Vir accipe iussis carmina cœpta tuis.

Dignus:
Dignari

Dignus dignitate sua merens uñ ẽ uerbũ dignari qd significat dignum existimare Vir.in.i.æne.haud equidem tali me dignor honore & in buccolicis nec deus hunc mensa dea nec dignitata cubili est. Phœbus carmĩs qm ipse carminis est deus claudianus carmina sæpe loquor sic me meus implet appollo Ausonius phœbe potens numeris.

Pan primus calamos iunxit
Linus
Inuentor cythare
Mundi generationem scripsit linus

Pan calamis cuiq; tribuit quod suuz est si qdem pan prima calamos iungere instituit. Fidibus linus lino celeberrimus fuit poeta mercurii ex musa urania filius ut placet hermodoro platonico ut Vir.appollinis qui ita in pollione cecinit nõ me carminibus uincet nec thracius orpheus Nec linus huic mater q̃uis atq; huic pater adsit orphi calliopea lino formosus apollo hunc cytharam inuenisse sunt qui testentur aliqui Orpheum authore Plinio in septimo eundem mundi generationem scripsisse hermodoro tradidit solisq; & lunæ cursus ac fructuum & animalium generationes.

Fidibus.allusit ad inuentionẽ cytharæ. Fidis dicitur cytharæ namq; chorda.ut uoluit fe ſtus genus eſt cytharæ dicta ꝙ tantum inter ſe chordæ eius quantum inter hoĩes fides ꝯcor det diminutiuum eſt fidicula quæ & qñq; ꝓ genere tormẽti accipitur ut apͩ Sue.in Tyberio excogitauerat autem inter gñra cruciatus ẽt.ur larga men potiõe per fallaciã oneratos repẽ te ueretris ligatis fidicular; ſimul urinæq; tormẽto diſtenderet. Orpheus.Thrax fuit gñre unũ & Threicius uates appellatur ab oui.filiꝰ œagri doctrina melodia atq; poeſi.oĩs excedẽs quor; remãſerit mẽoria, etenĩ poema ædidit mirandũ & ſuauitate cantꝰ feras ad ſe audiendũ attraxit ut ſcri.Diodorꝰ hic ſacra liberi patris primus induxit in græciã primuſq; celebrauit ĩ mõte boetiæ thebis ubi liber natus eſt ꝑxſo q cũ frequẽter cythare;cantu ploãret cytherõ appellatus auc.Lactã.in.i.diuinar; iſtitutionũ hunc amoris puerilis inuentorẽ ẽt fuiſſe tradũt unũ cecinit oui.in.x.meth.illæ ẽt thraciũ populis fuit auctor amorẽ in teneros tranſferre mares citraq; iuuentam ætatis breue uer & primos carpere flores.

Pan calamis fidibuſq; lius modulatibꝰ orpheus
Concinerent:Atq; acta uiri laudeſq; ſonarent
Sed quia tu noſtræ muſam depoſcis auenæ
Accipe quæ ſup hæc ceraſꝰ:quã cernis ad amnẽ
Continet:inciſo ſeruans mea carmina libro
Tit. Dic age.Sed nobis ne uento garrula pinus
Obſtrepat has ulmos potius fagos ue petamus
Hic cantare libet.Virides nã ſuggerit herbas
Molis ager:Lateq; tacet nemus omne quieti.
Aſpice ut ecce procul:Decerpant gramina tauri

Modulatibus.menſura & rõne carminis Virg.modulãs alterna notaui Quintil.l.i.nãq; & uoce & modulatiõe grandia elate, iucunda dulciter moderata leniter canit. Cõcinerent ſimul canerent. Sed qa tu nr̃æ.Deliberatiuũ ẽ. Muſam.carmen,nã carmĩa dãt muſæ Vir.i buc.paſtor; muſã dicemus & alpheſibei. Super hæc.s.i meliboeĩ q loqmur. Ceraſus.ita Calp.in cortice ceraſi carmina facit notari cuȝ ĩqt dic age nã cæraſi tua cortice uerba notabo & deciſa ferã rutilanti carmĩa libro cũ.n.rutilanti ſit cortice ceraſus & læuigato melius in ea incidunẽ carmina diluc idiuſq; inſpiciunẽ inciſa diximꝰ uero ſupius ꝯſueuiſſe antiquos in corticibus ſcribere arbor; cum adhuc ñ eẽt chartar; uſus ꝺ qua re uideto diffuſius in com.Calp. Inciſo libro.ceraſi cortice notato ẽ.n.liber interior ps corticis ut iqt Ser. Dic age.hic loquitur tytirus & comõet ut cõmodiorẽ recitatiõi locuȝ eligat ne pinus illi ſtrepitus noceat a uẽto ꝑtractæ. Pinus gnarula.ꝑꝑ uentũ a quo ſonora ſit unũ catul.iã cythorio in iugo ſæpe ſibilũ edidit coma garrulũ uerboſũ appellamus, Tibul.in primo ꝯſueſcet amãtis garrulus ĩ dñæ ludere uerna ſinu gnarulũ tñ cordatũ ſignificare auc.ẽ Mar.ut apͩ Var.in hac tñ ciuitate regnabit dyõiſiꝰ hõ gnarulus & acer garrulæ aues dñtur canoræ & hilares Vir.garrula q tignis nidũ ſuſpẽdit hirũdo. Vlmos.arbor ẽ ulmus uitibus accõmodatiſſima cuius ſemẽ ſamar; appellat qd colligiẽ circa Mar.Kal.cũ flaueſceẽ incipit teſte Pli.Vlmaria ulmis pluribꝰ ꝯſita loca appellata ſut ſȝ de ulmo plura ĩ Calp.diximꝰ com.hoc adde ulmũ maritã dici q uitibꝰ apta qñ illis maritatur de q Pli.maritas ulmos ſerere utilius qa carẽt ſemine nã hæc e plantis ſerũtur. Fagos.glãdifera ẽ arbor α πoτoυ φαγἰμ.i.comedere dicta fagus de q & plura in Calp.uideto. Hic cãtare libet,loqtur hic timetas Suggerit,ſubminiſtrat ut apͩ oui.i.xv.meth. ꝓdiga diuitias alimẽtaq; mitia tellus ſuggerit aliqbꝰ ĩ ñ ĩ exẽplaribꝰ legitur ſubiicit ñ ẽ ſuppõit. Mollis ager,uel delicatus uel uliginoſus. Aſpice ut ecce qetiorẽ ſibi ꝑmittit locũ ꝙ tauri a lõge paſcãtur q aliqñ uicini mugitu ſuo ſeu ſcui ſiõe inuicẽ circũſtãtes ꝑturbare ſolent, Oĩparens æther orditur hic timetas in laudẽ meliboeĩ carmina, Oĩparens æther,Diximus ĩ com.Calp.æthera ꝓ ioue accipi q oĩa parit iouẽ enim etherem.i.ignem intelligi uolunt phyſici & ob hoc eum oĩpatentem appellant qñ res nulla ita fouet omnia quemadmodum calor Inde dictum eſt ab oui.in primo meth.quippe ubi tẽperiẽ ſũpſere húorq; calorq; cõcipiunt & ab his oriũtur cũcta duobꝰ aether autem eſt ſupmũ elemẽtum poſt hunc aer,exinde aq extremaq; omniũ terra ut ȝenõi placuit qui uoluit in aethere hoc eſt igne aſtrorum immobilium orbem primum eſſe natum deinde errantium ut auctor eſt Laertius:patrem aetherez itaq; appellauit Lucretius in primo poſtremo pereunt hymbres ubi eos pater aether in gremium matris terrai praecipitauit,

Fidis
Fidis genus cythatae
Fidicula tormenti genus
Orpheus
Mons cytheron unde
Orpheus inuentor puerilis amoris
Ceraſus aptꝰ inſcriptioni
Liber
Garrulus
Gnarulus cõdatus
Garrulae aues
Vlmus
nec solos tangit atridas iste dolor. M. T. in Verrinis nēq; tua me cura tuarum fortunaruʒ cogitatioq; tanget:alias significat inspicere circūuenire contigere. Pallidior buxo documentum est ouidianum ut amans palleat arguat & macies uultū.nam ut uoto potiare tuo miserabilis esto ut qui te uideat dicere possit amas hinc summitur argumentum ab ida ut ex pallore singulisque rebus amorem nimium poellæ imprimat eamq; ad misericordiam impingat Buxus arbos est topiaria ut in Calpurnium diximus repetemusq; duricia ac pallore commendabilis cuius tria genera a Plinio traduntur hæc pyreneis ac cytheto montibus plurima unde cythorus buxifer a Catullo dictus & a Virgilio & iuuat undantem buxo spectare cythorum aliquando buxus pro tibia accipitur quoniam ex buxo fiebāt tibiæ ita q; apud Valerium Flaccum inuenies in primo argonauticon obruit ideam quantum tuba martia buxum idest tibiam. Violæ atræ.idest nigræ cum enim plura sint genera(ut scribit Plinius)in.xxi.inter has & nigræ numerantur unde dixit poeta in gallo & nigræ uiolæ sunt & uacinia nigra. Cibos horreo.pertimesco escam. Pocula bacchi.hoc est uinum sunt enim baccho dicata uina unde & ipse bacchus sæpe pro uino inuenitur & aliquādo pro uuis ut apud Virgilium in Georgicis denique apertos bacchus amat colles. Placido somno.quieto nam curas omnes aufert somnus unde placidam eum dixere quietem Virgilius in primo æneidos At uenus ascanio placidam per membra quietem irrigat.
Concedere.dare locum. Te sine.hic uersus totus est Calpurnii ex æcloga tertia.
Pallentes rosæ.cum per sui naturam sint candidæ & purpureæ. Dulce rubens hyacinthus.ad imitationem Virgilianam sic enim ille & suaue rubens hiacynthus ubi Seruius Scribit hiacynthum puerum fuisse ab apolline & borea adamatum quem cum in phœbuʒ proniorem uidisset Boreas illum ludenteʒ disco retorto in caput eius exanimauit in florē que eiusdem nominis conuersus est ab apolline:prouenit optime hiacynthus in gallia (ut scribit Plinius in.xxi.)cuius radix uino dulci illita pubertatem cohercet & non patitur erūpere hiacynthum aeris colorem significare Scribit Iosephus in Sexto de bello Iudaico sicuti coccum imitatur ignem purpura mare designat Byssum uero terram.

Tangere.
Arguat macies uultum.
Buxus
Buxifer cythorus.
Locus ualerii flacci.
Violæ Nigræ.
Bacchus pro uino.
Locus uirgi.
Placidus somnus.
Hiacynthus.
Radix hiacynthi pubertatē cohercet.
Hiacyntho aeris dsignat colorem.
Coccum
Purpura.
Byssum.

Laurus cum Myrtho. Myrthus. Myrthidanũ Myrratum. Venus Murtia. Locus Liuii. Loc. Apuleii

Nec myrthus nec laurus commixtos intelligit qm̃ ex comixtiõe eay suaues excitant odores Virgilius in alexi &,uos o lauri carpam & te proxima myrthe sic positæ qm̃ suaues miscetis odores. Myrthus arbor est in europa tertiore celo qd̃ e ceraunijs montibus i, cipit proueniens præcipuã admirationem in fucci natura hẽt qm̃ ex una oĩu3 olei ulniq; bi na genera fiũt ut inquit Pli.in.xy.item myrthidanum quoddam ẽt generosi obsonii noĩe l de tracto quod myrtatu3 uocãt ara uetus ueneri myrteæ fuit quam murtia3 uocant ut idem est authot de qua uidetur intelligere liuius cũ ingt in primo ab urbe condita tũ quoq; multis milibus latinorum in ciuitatem acceptis qbus ut iũgeretur palatio auetinum ad murtiæ datæ sedes de hac eadem & apuleius intelligit in lexto de asino auteo cum inquit si quis a fuga retrahere.uel occultaȝ demõstrare poterit fugitiuaȝ regis filiam ueneris ancillam noĩe psychen conueniat retro me tas murtias mercurium præ dicatoreȝ accepturus indicii

Nullos nec myrtus nec laurus spirat odores.
At tu si uenias & candida lilia fient:
Purpureæq; rosæ:Tũ dulce rubẽs hyacinthus.
Tum mihi cum myrto laurus spirabit odores
Nam dũ pallas amet turgentes sanguine baccas
Dum bacchus uites deus & sata poma priapus
Pascua leta pales Idas te diliget unam.
Hæc idas calamis.tu quæ responderit Alcon

Myrthus dicata ueneri. Locus francisci petrarchæ. Spirat. Oliua gratissima palladi cur. Baccae. Baccalia. Baccar. Pomum und. Pomarium. Pomona. Bubona. Mellona. Pales.

nomine ab ip.a uenere septem sauia suauia & unum blandientis ad pulsum linguæ mellitum:Myrtho autem præcise:uenerem deam uel eo patet uirgiliano in buccolicis populus alcidæ gratissima uitis iaccho formosæ myrthus ueneri hinc est φ doctissimus undecumq; uir franciscus petrarcha in triumpho amoris siluam myrtheam ab amantibus teneri descripsit cum hæc arbor ut diximus ueneri dicetur. Spirat exhalat ut apud Virgilium ambrosiaeq; comæ diuinum uertice odorem spirauere. At tu si uenias & hic uersus ex Tertia Calpurnii æcgloga translatus est. Tum dulce legendum est & dulce ex integro codice. Nam dum pallas sensus est dum suo ordine cœpta pergent nunquam te Amare desistam hoc est Amor meus erit sempiternus. Turgentes Baccas idest oleas est enim palladi gratissima arbor oliua quoniam eius inuentrix fuisse dicitur unde est apud Virgilium oleæq; minerua inuentrix. Plinius in.xii.naturalis historiæ arborum genera numinibus suis dicata perpetuo seruantur ut loui esculus.apollini lauro mineruæ oleat Bacce dicuntur arborum minutiores fructus plinius in.xui.in mari uero rubro baccas uiuere maxime laurum & oliuam ferentem baccas.idem scribit in decimoquinto quoddam esse lauri genus quam baccaliaȝ a fertilitate nuncupent baccarum Baccar uero est radicis tantum odoratæ frutex a quibusdam nardum rusticum appellatum de quo Virgilius in buccolicis errantes hederas passim cum baccare tellus mixtus ridenti colocasia fundent acantho: Sanguine idest succo nam in fructibus humor obtinet uim sanguinis ideoq; sanguinem pro succo dixit. Sata seminata:Satu ut scribit Marcellus p semine est positu3 actius telepho profectũ q̃q; est hortus medioctĩ satu qũo ãt poma serãtur docet palliadius in.3.rei rusticæ pomũ dr̃ a potu ql potomũ & ut scribit uarro in.i.de re rustica φ potu indigeant poma sunt dicta:a pomis pomarium appellamus locum pomis refertum Ouidius id metuens solidis pomaria clauserat atlas mœnibus & pomona pomorum dea sicuti bubona bouum & mellona mellis sed de ea diximus plura in Calpurnium super eo uersiculo & matura mihi pomona sub arbore ludit. Pascua leta idest pinguia Nam pabulorum est dea pales. Te unam.ne illi possit esse riualitas suspitioni quam intoleranter ferre solent amantes. Hec ides calamis imitatio Virgiliana sic enim ille in pharmaceutria hæc damon uos quæ responderit alphesibeus dicite pierides.

Aurea carmina.i. pulchra & diuina. Montana pales.i.colens montes Montanus n.a monte deriuatur iuuenalis montanum positis audiret uulgus aratris unde & montiuagus per montes uagus appellatur. Siluanns siluarum deus de quo in Calpurnium plura require ægloga secunda super eo loco me siluanus amat. Potens nemorum hoc est ualens in nemoribus ita potens numeris phœbus ab aulonio dicitur q. carmine ualeat.

Montanus
Montiuagus
Siluanus
Dione.

Versu phœbe refer sunt aurea carmina phebo
AL. O montana pales O pastoralis apollo
Et memorum siluane potens & nostra dione
Quæ iuga celsa tenes ericis cui cura iugales
Concubitus hominum totis connectere sæclis
Quid merui: cur me donace formosa reliquit?
Munera nanq; dedi noster quæ non dedit Idas?
Vocalem longos quæ non ducit ædona cantus
Quæ licet interdum contexto uimine clausa
Cum paruæ patuere fores ceu libera ferri

Dione.i.uenus & declinat dione diones scribit cicero de natura deorum iouis & diones filiam fuisse uenerem inde dioneus cæsar a poeta dicitur in buccolicis propter originem ueneris & ita Dionea appellatur puella formosa quasi uenerea. Iuga tenes ericis erix mons est siciliæ unde ericini accolæ dicti qui commemorantur a plinio in tertio. Inde ericina uenus dicta quoniam in eo monte erix filius illi templum construxit papinius ericinaq; templa subiret eum ueneris intelligeret quod in monte habebat ericis unde & Ouidius cecinit, Sed dea necpatitur sic ad sua munera cogi colle sub umbroso quam tenet altus erix quare & erycina concha dicitur a propertio quasi uenerea. Cui cura iugales hoc ideo dixit quoniam per uenerem genus omne animantum concipitur ut scribit Lucretius in primo unde Ouidius in quarto fastorum de uenere cecinit iuraq; dat cælo terræ & natalibus undis perq; suos initus continet omne genus. Iugales concubitus dicuntur a iungendo unde & iuga iuno cuius ara fuit in uico iugario dicta (ut putat Pompeius) quod matrimonia iungere putaretur.

Dioneus cæsar.
Dionea puella.
Erix mons.
Ericina uenus
Locus statii.
Locus Ouí.
Erycina concha.

Connectere copulare & committere. Totis sæclis quoniam numquam deficit genus sed alia ex alia semper reparatur soboles. Quid merui magis dolendum est cum non ueniat ex merito pœna nam leuiter ex merito quicquid patiare ferendum est ut inquit Oui. Munera nanq; dedi iustior est causa lamentationis quo ei magis infectuisse arguit. Noster idas uel riualis noster uel ex nostro uico. Vocalem longos hic uersus totus corruptus est ita corrigendus ex nostra quidem sententia cum ædona prima longa legeretur quod secus apud poetam & alios inueniens ita legendum esse censui uocalem longos quæ ducit aedona cantus aliter n. uersus claudicaret nec imputandum est ipsi poetæ error quam potius impressoribus tribuendus multa sæpius properam promulgentibus ex incuria & ignorantia: imitatus autem est Calpurnium ita ægloga sexta Scribentem astile credibile est ut iuncat acanthida cornix. uocalem superet si dirus aedona bubo ubi diximus lusciniam significari quæ ab ipsis græcis appellatur Aidon. Que licet interdum lusciniam laudat a cantu & mansuetudine quod libera & extra caueam posita non fugiat. Contexto uimine.i. cauea ex uimine facta scribit Pli. in. x. uisum esse iam sæpe luscinias iussas canere cepisse & cum symphonia alternasse unde nil mirum si illis seruorum erant prætia: soli dono agrippinæ claudii principis coniugi luscinia candida data fuit quod est pene inusitatum sed uocis inconditæ ut idem author est plinius. Patuere apertæ fuerunt. Fores aditus caueæ. Sic papinius de cauea psitaci & querulæ iam sponte fores forulæ a foribus per diminutionem dicuntur & forculus deus appellabatur qui preerat foribus sicut cardinea dea quæ cardinum præerat custodiæ fori uero in genere masculino spatia in nauibus apertiora dicta sunt ut author est Marcellus sicuti fora in neutro iudiciorum & litium sedes. Volitare frequenter uolare ut uictorq; uirum uolitare per ora.

Iuga iuno.
Vicus iugarius.
Aidon.
Luscinia.
Lusciniis seruorum pretia.
Luscinia candida.
Forulæ.
Forculus.
Cardinea dea
Fori
Fores.
Volitare.

Inter agrestes unde magis mirum est illam non efferari cũ consuetudo nescio quá uim in suam sententiam habeat traducendi cumq; ut inquit epitectus stoicus necesse sit qui cum inquinato confilctetur & ipsum inquinari in quam iniam est illud iuuenalis: grex totꝰ in agris unius scabie cadit & prurigine porci uuaq; conspecta liuorem ducit ab uua.

Quí cũ inquinato cõflictetur.
Loc. Iuue.

Nouit & agrestes inter uolitare uolucres
Scit rursus remeare domum tectumq; subire
Viminis: Et caueam totis præponere siluis.
Præterea tenerum leporem geminasq; palũbes
Nuper quæ potui siluarum præmia misi
Et post hæc donace nostros cotemnis amores.
Forsitan indignum ducis q; rusticus Alcon
Te cupiam. qui mane boues in pascua ducam
Dii pecorum pauere greges formosus Apollo
Pan doctus. fauni uates & pulcher Adonis.

Subire.
Præponere.

Tectum uiminis caueam quæ instar est auibus tecti solent autem rustici eas habere, ut mineam cum ut plurimuȝ ferrea utantur urbani. Subire ingredi & intrare alias subire subsequi significat ut apud Vir. in. ii. æne. pone subit cõiunx. Præponere antepo nere & malle carcerem q̃ siluarum libertatem ita. n. significat preponere ut apd' Iuue. Sat. 3. ego uel prochytaȝ præpono suburræ. Præterea & ultra lusciniã. Tenerũ leporem a matre subductum & ut apud Calpulniuȝ decepta matre pauentem. Gemias palumbes. i. binas & unũ par palumbiũ sunt autem palumbes siluestres columbæ fabatias hodie uulgus appellat a fabis deducto nomine quas maxime appetere solent has ad trigesimum annum uiuere tradit aristoteles pariunt post solstitium ut author est plinius in x. a palumbis per diminutionem palumbulos dixit apuleius in octauo de asino aureo palumbum quo pacto condias docet apitius libro. y. rei conquinariæ. Nuper quæ potui misi has inquit q; si maiora potuissem lubentius fecissem sic Virgilius in Buccolicis quod potui puero siluestri ex arbore lecta aurea mala decem misi cras altera mittam. Præmia siluarum quæ premia nobis dant siluæ quasi arguat non dari a siluis maiora nidificant enim ĩ arboribus pleriũq; ornis qua nolata sub tecto nidos eas relinquere tradit nigidius. Cõtemnis spernis Scribit marcellus cõtẽnere & despicere eo distare q; cõtẽnere minus sit q̃ȝ despicere. M. T. i uerrẽ quẽq; cõtẽpierit despexerit libertũ eẽ nũq̃ȝ duxerit. Indignũ ducis me dedignaris indignus. ẽ. n. q dignus non hẽtur ad aliquã rẽ obeũdã. Boues in pascua ducã indeꝫ tacitæ obiectioni si dãneẽ q; fit agricola. Formosus apollo. s. pauit greges cũ admeti armẽta habuit custodiæ eius filiæ amore captus uñ dixit Oui. l. ii. metha. illud erat tp̃s quo te pastoria pellis texit onusq; fuit baculus siluestris oliuæ ad id. s. alludens. Vates legẽdũ est separatim fauni: uates: in terris. n. sunt semidei plurimũ ocio & umbra gaudentes unde cecinit Oui in. yi. fastoꝶ fas mihi præcipue uultus uidisse deorum uel quia sum uates uel quia sacra cano & alibi est deus in nobis agitante calescimus illo ab his amantur siluæ quoniam animum excitant uel precipue solitudines in quibus libera est & intentior eorum cogitatio uñ dixit Iuue. sat. yii. de bono loquẽs poeta cupidus siluaꝶ aptusq; bibẽdis fontibus aonidũ

Palumbes
Columbæ fabariæ
Palumbuli.
Arbore noiata nidos relinquunt.
Contemnere
Despicere.
Indignus.
Semidei uates.
Cupidi siluarũ poetæ boni.
Adonis.

Pulcher adonis sic Vir. in gallo & formosus oues ad flumina pauit adonis fuit uero adonis myrræ & cinaræ eius patris filius ut docet Oui. in. x. met. qr & cynireius ab ipso appellatur q uehemẽtissime a uenere dilectus fuit dicẽte Oui. abstinet & coelo, celo præfert adonis hũc itaq; intelligit in epistolis cũ canit uenereȝ cinira q; creatum sustinuit positos quælibet herba duos hic dum uenaretur ab apro percussus exanimatus est & in florem sui nominis purpurei coloris conuersus unde sunt qui fabulentur Martem propter zelotypiam ueneris in aprum conuersum occidisse puerum, de qua re aphtonii ex progymnasmatis rhethoricis uerba subnectam qui rosæ pulchritudinem demiratur in plagam ueneris cõsideret amabat adonim dea Mars ipsam quod dea foret Adonidi, Veneri mars erat, deus deam Amabat deaq; hominem sequebatur, par Cupido, Tam & si genus Dispar Perimere

Cynireius adonis.
Locus Ouid.
Adonis ab apro occisus

Adonim mars zelotypus tendebat finem putans amoris Adonidis necē, ferit adoniz mars
accurit auxilio uenus festinans in rosas incidit ac se spinis impliscuit ita pedez perforatur q
uulnere manauerat cruor de se rosam colorauit sic rosa quæ prius candida quod nunc cer
nitur facta: ex his uerbis & illud claudiani declaratum & explanatum quoq: relinquitur in
secundo de raptu proserpinæ sic fata cruoris carpit signa sui q̄uis in codicibus fere omnibꝰ
doloris legat corrupto textu.

Loc. Claudiani declaratus

Quin etiam fontis speculo me mane notaui.
Nondum purpureos Phœbus cū tolleret orbes
Nec tremulū liquidis splēderet lumine in undis
Quod uidi nulla tegimur lanugine malas

Speculo fontis ex inspe
ctione aquaꝝ quæ uicem præ
bent speculi Calpurnius fon/
tibus in liquidis quoties me ꝯ
spicor esse Ad miror toties.
Mane tempore matutino
Mane a manibus diis dixerūt
nam mana bona dicitur unde
mater matuta & poma matu/
ra author est Pompeius a ma/
ne manium qui matutino tp̄e
genitus foret quidam appella
ri uoluerūt alii a manibus: ma
nium aricinæ dianæ lucū ꝯ
secrasse inuenimus a quo mul
ti præclarissimi originem ha
buere adeo ut uulgatum sit prouerbium multi manii ariciæ Ad id autem allusisse persium/
uidetur cum inquit iatira ultima præsto est mihi manius heres progenies terræ qd̄ tn̄ alii
ante nos promulgauere: Maniam laruarum matrem a uiā ue putāt ut author est festus Ma
nias quoq: dicunt ficta quædam ex faria in hoīum figuras quia turpes fiant quas alii uocāt
maniolas. Nondum purpureos uel qm̄ diligentior est inspectio ex uicinitate solis fontē
illumināte uel quia cū in altū se substulit sol ex repcussu radioꝝ tremulo non bn̄ redditur
imago. Purpureos orbes in antiqs codicibus legit̃ ortus tūc. n. purpuræ colorē ur̃ imita
ri purpura inter conchilia enumerat & ut scribit Pli. in. ix. nat. hist. septeñis annis plurimum
uiuunt purpuræ latentq: sicut murices circa canis ortū purpuræ autem florē illū tingēdis
uestibus expetitū in mediis hn̄t faucibus & hic liquoris est minimi in candida uena un̄ pre
ciosus ille bibitur nigricantis rosæ colore sublucens reliquū corpus sterile: uiuas capere cō
tendunt quia cū uita ista succū illū euomunt & maioribus quidē purpuris detracta concha
auferūt minores cū crapetis frangunt: ta purpura purpurare dixerunt hoc ē colorem imitari
purpuræ. apuleius lib. xi. de asino aureo horæ rosis & cæteris floribus purpurabant omnia
gratiæ spargebant balsama purpurascit quoq: ap̄ Cice. positum pro eo ꝙ est purpureū. fit
ita. n. inquit i. ii. academicoꝝ quid mare nōne cæruleū aut eius unda cū est pulsa remis pur
purascit: inde purpurei flores purpureiq: amethisti ab Oui. dicuntur in. 3. de arte amandi.
Tolleret ellevaret ut fluctulq: ad sydera tollit. Splenderet tremulū Sic Vir. in. vii.
æne. de lumine phebes: Aspirant auræ in noctē nec candida cursū luna negat splendet tre
mulo sub lumine pontus. Malas. i. genas ita appellantibus priscis Oui. in. 3. metha. im/
pubesq: genas & eburnea colla aliibi uero ita malas appellauit pulcher & octonis iteruz na/
talibus actis signarat teneras dubia lanugine malas: lanuginem autem ut diximus etiam in
Calpurnium illud ennarrantes gracili digitos lanugine tallo dicitur prima illa barba quam
idem Calpurnius florem iuuentæ appellauit. Pascimus & crimen legendum est
pascimus & crinem ꝙ significat nutrimus & producimus comam ita enim dicimus quem
pascere barbam ꝙ eam nutriat: Scribit Pompeius in sacrificiis pascito linguam significare
coerceto contineto & taceto: Crines (ut scribit Pompeius a discretione dicti sunt quam
græci Διακρίσιν appellant nam iidem eos κρινίΔησ uocant a crine crinitum dicimꝰ
unde apud Virgilium crinitus ioppas. Gellius libro nono noctium atticarum Ad herodez
atticum consularem uirum, ingenioq: amœno & graeca facundia celebrem adiit nobis
presentibus palliatus qui spiam & crinitus barbaq: prope ad pubem usq: porrecta.

Mane unde/
Mana bona
Manius
Multi manii ariciæ
Locus persii
Mania
Maniæ.
Maniolæ.
De purpura.
Flos purpu/ ræ in faucibꝰ
Purpura flo/ rem cuz uita effundit.
Purpurar̃ qd
Purpurascit apud Ciceronem.
Purpurei flo/ res
Purpurei a/ methisti
Genæ.
Malæ.
Flos iuuētæ.
Pascere bar/ bam
Pascito liguā
Crines unde
Crinitus

Formosior Ida.require uerbum cardinale in sequenti uersu dicor & lege disiunctim pascimus crinem:& dicor formosior ida. Et hoc ipsum.comprobat suum dictum ama siæ testimonio quam idem retulisse ait sic Calpurnius quem sequeris? quem phylli fugis? formosior illo dicor & hoc ipsum mihi tu narrare solebas. Purpureas genas.rubore suf fusas quem niueo mixtum candore ruborem appellauit Ouidius. Lactea colla. niuea & ut inquit naso eburnea.

Oculi unde Oculi i amor duces.

Hylares oculos.festiuos & ad illiciendum efficaces oculi ut putat Varro dicti sunt q cili/orum tegminibus oculantur prominentes hebetiores sunt conditiq; clarissime cernunt ut tradit Plinius in amore au te3 duces esse oculos nulli ne sciunt unde d ctum sit a Pro pertio si nescis oculi sunt in amore duces sed in Calpurni/um de oculis plura rettulimus Formam.hic staturam. Puberis æui.idest ætatis grã diusculæ puberes enim iure/cõsulti appellãt maiores quat tuordecim annis ut notatur i institutionibus titulo quibus modis tutela finiatur cum an te illam decisionem non solu3 ex annis sed etiam ex habitu corporis in masculis existima/ri uellent.pubertas itaq; finis pueritiæ dicta nam pubesce/re est lanuginem emittere barbæ.pubes autem ut quidam uoluere deducta est a uerbo græ co quasi εφηβος unde æphebus dictus.Et æphebia prima ætas adolescentiæ ut docet Donatus super eo Terentiano in andria Nam is postq excessit ex æphebis sosia liberis ui uendi fuit potestas.

Puberes. Pubertas. Pubes. Ephebus Ephebia.

Pascimur & crimen nostro formosior Ida?
Dicor Et hoc ipsum mihi tu narrare solebas
Purpureas laudando genas. Et lactea colla
Atq; hilares oculos & formam puberis æui
Nec sumus indocti.Calamis cantamus auena
Qua diui cecinere prius:qua dulce locutus
Tityrus e siluis dominam peruenit ad urbem.
Nos quoq; te propter:Dõace cãtabimus urbi.
Si modo coniferas inter urbana cupressos:
Aut inter pinos corilum frondescere fas est.
Sic pueri Donacen toto sub sole canebant? Poe.
Frigidus e siluis donec descendere suasit
Hespus:Et stabulis pastos inducere tauros?

Tytirus idest Virgilius. Viburna. Conifera cu/pressus.

Nec sumus indocti.auget sibi fauorem & gratiam ex disciplina cã tilenæ nam ut inquit Virgilius gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus adiuuat. Ca lamis cantamus.ordo est nec sumus indocti nam calamis cantamus appositiue auena hoc est stilo humiliori & pastorali qua.s.auena & diui prius cecinere. Tyrus. Virgilius q sub persona tytiri in Buccolicis ipsius celebratur. Sic Calpurnius tum mihi talis eris qualis qui dulce sonantem tytiron e siluis dominam perduxit ad urbem. Nos quoq;.sensus est & nos sicuti tytirus propter cantilenas quas de te composuimus cogniti deducemur ro mam cui cantabimus si fas est parua magnis æquiperare. Vrbana.legendu3 est urbur na est autem uiburnum Virgultum multitudine uirgarum pulullantium nec alte ascendẽ tium talis est & illa Virgiliana comparatio in Buccolicis tantum alias inter caput extulit urbes quantum lenta solent inter uiburna cupressi. Cupressos coniferas.idest conos imitantes ita autem est proprie cupressi figura unde Ouidius similiter dixit coniferæ cypa rissi & ipsa fœmina cupressus conoides appellatur q in fastigium conuoluatur conus figu/ræ est rotundæ sine lateribus & proprie conum græci appellant nucem pineam conu3 quo q in casside dicerunt q cogitur in acumen uersus ut docet. M. Varro in primo de lingua latina. Cupressus.arbor est diti sacra ut scribit Plinius ideo funebri signo ante ædes ponitur quam rem declarat his Pompeius cypressi mortuorum domibus ponebantur ideo quia huius generis arbor excisa non renascitur sicut ex mortuo nihil iam est sperandũ quã & ob causam in tutela ditis patris esse putatur Ouidius in tertio tristium funeris ara mihi ferali cincta cupressu conuenit:phocion olim leõtheni inania iactanti sermones inquit tui cupresso sunt plane similes na3 magni sunt & nullos fructus ferũt ut auctor est Plutarchus

Conoides. Conus. Conus unde. Cupressus

Cur cupressi domibus mortuorum ponentur. Cur diti sacra cupressus Dictum phocionis. Cyparissiæ

in phocionis uita:Cyparissiæ ut scribit Pompeius appellantur acies quedam igneæ quæ noctu apparere solent ad similitudinem cupressi in hanc arborem diximus in Commentariis Calpurnii conuersum fuisse cyparissum puerum a siluano adamatum. Corylum. corylus frutex est apud nos passim nascens non ubique fructifer quibusdam enim in locis sepium loco habetur:corylorum plura sunt genera quædam orbiculatos habent fructus ut fere magnitudine iuglandes prouocent quædam oblongos & cacuminatos exiliores his ad usum libidinis quidam hodie utuntur auellanas appellant seu ponticas q ex ponto allatæ sint Plinius in.xy.cæteris quicquid est solidum est ut in auellanis & ipso nucum genere q̃s antea abellinas patrio nomine uocabant in asiam græciamque e ponto genere & ideo ponticæ nuces uocantur:a corylo columa hastilia dici affirmat Pompeius. Inter pinos. pinus arbor est alte crescens cuius folium prætenue est capillamenti modo longumque & mucrone aculeatum siluestris pinaster appellatur ut Scribit Plinius in.xyi. Frondescere.frondes emittere. Sic pueri.hic loquitur poeta. Toto sub sole.expone tota die ut superius trini petierunt ordine soles. Frigidus hesperus.stella uesper ducens Virgilius in gallo ite domum pastæ uenit hesperus ite capellæ hesperon græci appellant & id tẽpus hespera latini uesperuginem & uespera ut author est.M.Varro de lingua latina libro secundo. Frigidus.quoniam nox ipsa frigida est unde & Calpurnius frigidum noctiferũ appellauit.Virgilius in pharmaceutria frigida uix celo noctis decesserat umbra. Decedere.abire. Inducere.introducere Virgilius inducite fontibus umbras. Tauros. accipe pro bubus uel pro toto generaliter armento.

Corylus. Auellanæ Ponticæ

Columa Pinus Pinaster.

Hesperus. Vesperugo Vesper. Nox frigida

¶FINIS SECVNDAE AEGLOGAE NEMESIANI.

¶DIOMEDIS GVIDALOTTI BONONIENSIS COMMENTARIA IN TERTIAM NEMESIANI AEGLOGAM.

PAN.TRIVM PVERORVM IMPVLSV.AEGLOGA TERTIA.

Poe. n Yctilos atq; Mycõ nec ñ & pulcher Amitas
Torrentem patula uitabant ilice solem.
Cum Pan uenatu fessus recubare sub ulmo

n YCTILOS ATQue Myconhæc æglogaad imitationem est sileni Virgiliani ubi tres pueri dormientis panos inducuntur inuadere fistulam cuius strepitu expergefactus pan deus carmina pueris cantat i honorẽ bacchi eiusq; dei circa laudes tãmodo uersat.

Nyctilos.de hoc nomine uideto Calpurnii commentaria æglogа Sexta ne omnia sæpius reppetamus. Necnon.duas affirmare negationes non est dubium ut hic aliquando tamen unius tantũmodo pticulæ uim retinent secũdum ritum & consuetudinem priscæ locutionis.M.Varro non modo ignorasse me clamat sed omnino omnis heroas negat nesisse. Torrente.ardentem Calpurnius Torrida cur solo deffendimus ora galero. Fessus.fatigatus ut apud Virgilium hic fessas non uincula naues ulla tenent:inde defessus dicitur ualde fatigatus Virgilius in primo æneí.Defessi æneadæ quæ proxima littora cursu contendunt petere. Recubare.resupine iacere ut recubans sub tegmine fagi. Vires somno.qm maxima sunt corporis suffragia somnia ut pote cuius auxilio conualescat animi uis & est uidere insomnes male se habere quare & ad remedia ægritudinis medici nõ segni cura uigilantibus somnia gciliare solent pfundissima somnia putat Aristoteles nihil somniare q sensus & intelligẽtia hois tũc suo fungitur officio cũ animus trãquillatur & qescit rõ.n.sciendi requie maxie gitare uidetur qr ex agitatiõe nimia pueri amẽtes ac ebrii sũt fin rere poetæ binas esse somniorũ portas corneã alterã alterã esse eburneã dixere ex hacq; scilicet eburnea falsa exire somnia ex illa.s.cornea uera.unde poeta in.yi.æneidos sunt geminæ somni portæ quaꝝ altera fertur cornea qua ueris facilis datur exitus umbris altera candenti perfecta nitens elephanto.sed falsa ad celum mittunt insomnia manes.somnioꝝ

Duæ negatiuæ. Fessus. Defessus Recubare. Somnia plurimum conferunt homini.

Profundissima somnia nihil somniant. Binæ somni portæ.

Somnium. Onirocrites. Somniator Coniector. Visio. Oraculum. Insomnium. Phantasma Morpheus. Icelos. Phantasos. Teres ramus Teres oliua

plures sunt species nam aut est ονειρος secundum graecos qd latini somnium uocant ut in quit Macrobius in primo de somno scipionis uñ onirocrites dictus somniorum interpres seu somniator ita.n.quoq; appellat sicut & coiector, aut οραμα qd recte appellatur uisio aut χρηματισμος qd oraculum nuncupatur aut est ενυπνιον quod insopnium dicitur aut φαντασμα qd cicero quoties opus hoc nomine fuit uisum uocauit Oui. uero deos Tres in tribus somnii ptibus figurauit Morpheuz.s. icelon & phantason de quibus uide/to in.xi.metamorphoseon.

Coeperat: Et somno lassatus sumere uires
Quem super & tereti pendebat fistula ramo
Hanc pueri (tā q̄ predam pro carmine possent
Sumere: fas q; esset calamos tractare deorum)
Inuadunt furto. Sed nec resonare canorum
Fistula quē fuerat. Nec uult contexere carmen.
Sed pro carminibus mala sibila dissona reddit

Lassatus uires quidam hñt textus lassatas. Tereti ramo longo & rotundo und & teres oliua a poeta in buc. nuncupat. Tam q̄ preda hic talis est sensus:cū pueri d siderarent dei panos carmia quem somnolētū inuenerāt sumunt fistulaz pro pignote certi nisi caneret eā reddere quia fortasse illos aliq̄n delusisset ut inquit de sileno uir. naz saepe senex spe carminis ambos luserat. Tractare frequenter tangere unde attrecto & contrecto. Inuadunt aggrediuntur quasi ui & ex improuiso ut apud Vir.inuadunt urbem somno uinoq; sepultam saluftius priusq̄z hostes inuaderet aliq̄n inuadere significat incipere ut apud Virgilium tuq; inuade uiam & alibi aut pugnam aut aliquid iam dudum inuadete magnum. Furto furtum est contractio rei fraudolosa / uel ipsius rei / uel etiam usus eius possessionis ue qd lege naturali phibitū ē admittere & dr a furuo.i.nigro q; clam & obscure plerūq; fit ut norat i istitutiōibꝰ titulo de obligationibꝰ quae ex delicto nascūt.

Tractare. Atrecto. Contrecto. Inuadere Furtum

Canorum fistula quem fuerat legendum est ex antiquo exemplari canorem fistula quē fueuit tali sensu non modulate & musice rñdebat sonus ut consueuerat inflante deo. Canorem dulcedinem & consonantiam quintilianus in primo de institutione oratoria uocis rationez aristoxenus musicus diuidit ρυθμον και μελος ο μετρον quoruz alter in modulatione est alter canore ac sonis constat canorae inde aues appellantur quarum uox dulcedinem cū consonantia effundere sentitur Oui.in.3.fastor umbrosae salices uolucresq; canorae papinius de psiraco at nunc eterna silentia lethes ille canorus habes:ita canorū gut tur appelauit quoq; sillius libro quinto occubuere femur fontanus butta canorum trāsfixi guttur. Contexere cōponere & coniūgere metaphora sumpta a telis & uiminibus quae contexuntur & aduerte hic carmen significare concentum calamorum alias enim & incantationem ut ducite ab urbe domum mea carmina ducite daphnim. Mala sibila strido/rem acutū qualē serpentes reddere solent cū sibila sint serpentiū. papinius in.ii siluaꝝ hy/bleis immixta fauis cui sibila serpens poneret.sibilos cri.pantes auiū cantus appellauit fulgētius in.i.mythologicon. Dissona discordantia. Et eussus somno expergefactus & significat quasi per uim ut apud Vir.excutior somno & iuuenalem excuterent somnos urso uitulisq; marinis. Stridentis ob dissonantiam Calpurnius & acerbae stridor auenae.

Canorae uo/ lucres

Carmen pro sono Sibila Sibili crispā/ tes apud ful/ gentium Excuti som/ no.

Pueri si carmina hic deus pan loquitur nam carmina superius a poeta dñr tam q̄z rei argumentū. Ipse cani diuersis uerbis imitat Vir.ille.n.sic in sileno carmina quae uultis cognoscite. Inflare cicutas flatu calamos impellere ad sonū. Menaliis sub antris.i. archadicis menalus mons est archadiae ut scribit Pli.in.3.tantae altitudinis ut caput astris inserere uideatur unde dixit Statius & in mediis frondentem menalon astris a menalo de/flectitur menalius ut incipe menalios mecum mea tibia uersus menalus autem maxime a pane frequentatur unde Vir.pan ouium custos tua si tibi menala cure adsis o tegeae fauēs.

Menalus. Loc. Statii. Menalius Mōtiuagus. Pindari ama tor pan.

Hec fatus uersus hic est poetae sequentia uero dei panos montiuagus per montes uagans. Pan in Calpurniuz de pane plura diximus hic subnectemus ex plutarchi authoritate pindari & eius carminum amatorem fuisse pana paniscumq; quasi per diminutionē

quandam ab Apuleio dici puum pana ficuti & Satyriscus paruus dicit Satyrus. Suetonius in Tyberio ex utriusq; sexus pube paniscor & nympharum habitu. Hederata fronte. hederis cincta hederam enim gratissimam esse baccho nulli nesciunt unde & poetæ hedera coronantur quasi libero sacri. Plicas. nectis est enim plicare nectere & ueluti rugas facere tractum a græco uerbo πλεκοιμ, quod significat nectere explicare uero est extendere & diffunder ut apud epigrammatariu; poetá claudia diffusas ubi porticus explicat umbras: Calp. latus explicuere genesta. Serta uitea. coronas ex uitibus a uite enim uiteum deducitur. Palmite. Sarmento palmites .n. uitium sarmenta appellantur q in modum palmarum humanarum uirgulas quasi digitos edant ut auctor est Pompeius Columella libro quinto rei rusticæ nam si id uere fecerimus quo gemmare palmites incipiunt matris alimẽtis subito destituta languescit Virgilius turgent in palmite gemmæ.

Panifcus
Satyriscus
Cur poetæ hedera coronentur.
Plicare
Explicare
Viteus
Palmites

Poe. Hæc fatus cœpit calamis sic montiuagus Pan.
Te cano qui grauidis hederata fronte corimbis
Vitea serta plicas. Qui quando palmite tygres
Ducis odorato perfusus colla capillo:
Vera Iouis proles. Iam tunc post sydera cæli
Sola Iouem semele uidit Iouis ora professum

Qui quando. ordo ẽ te cano qui aliquando serta plicas uitea & ducis tygres palmite habens perfusa colla odorato capillo: & erit quando pro aliquando ut Calpurnium si quando laudat alexis: uel ita construe. qui quando pro si quidem qui uera es iouis proles ducis Tygres: uel ita, qui quando plicas serta uitea & ducis tygres tunc uera es iouis proles. Tygres. quonia; bacchi currum finguntur ducere unde cecinit Ouidius in epistolis illa nec inuideo fruitur melior marito in p capistratis tygribus alta sedet tygribus autem insidere bacchus ideo dicitur ut scribit fulgentius libro secundo mythologicon q omnis uinolentia feritati semper insistat seu quia uino efferatæ mentes mulceantur est autem tygris animal maxime paratum theatris unde dixit petronius arbiter premit aduena claues tygris & aurata gradiens uectatur in aula ut bibat humanum populo plaudente cruorem: tygrim uelocissimum esse animal tradunt quam hircani & indi ferunt ut scribit Pli. in octauo unde caucasea tygris appellatur a filio in quinto quoniam indiæ mons est caucasus: Tygris fœtum numerosum esse prodidere qui ab insidiante rapitur equo q̃ maxime pernici quoniam ipsa pernicissimo labit cursu cum prolem sensit raptam. nam (ut inquit Solinus) nihil tam longum est quod non breui penetrent nihil adeo antecedit quod non illico assequantur, ac maxime potentia earum probatur cum maternis curis incitantur cum catulorum insistunt raptoribus succedant sibi equites licet & astu quantalibet fuga amoliri predam uelint nisi in presidio maria fuerint frustra est ausum omne quãq; de uniuerso fœtu uix unus queat subtrahi ná (ut scribit Plinius) raptor illam appropinquare sentiens unum ex catulis abiicit quo asportato illa regreditur maiori uelocitate donec ille ad naues confugium habet, sunt uero qui putent abuci speculum cuius imagine retardata raptori fugam prebeat. Capillo odorato. pp armenios indos & quas uicit gentes unde unguenta asportasse dicitur uictoriæ insignia, quare cecinit ita ouidius in tertio fastorum te memorant gange totoq; oriente subacto primitias magno soppostuisse ioui fuit autem mollis & corpore ipse delicato ut possis ad mollitatem referre odoratum capillum. Vera iouis proles. hoc dictum puto quoniam ipsæ fulmini superuixit & eo exploratus ita a Ioue ortum habuisse credi potest, cuius est tractare fulmina nam sicuti aquila pullos suos explorare solet lumini solis eorum oculos opponẽdo quẽ si sustinere non ualent deiicit & abiicit ut scribunt Plinius in. x. & Claudianus in. 3. honorii consulatu qui exploratores ignes ob id solis radios appellat q his uerus exploretur a matribus ptus ita exploratus ad fulm quo periit mater bacchus uera iouis ples merito dici potest

Quando
Tygres Bacchi.
Cur tygribus insideat bacchus.
Locus Petronii.
Locus Solini
Caucasus.
Pernicitas tygrum.
Indi a libero uicti.
Mollis Bac.
Q̃ rõ pullos suos explorat aquila.
Fabula semeles.

Hunc pater omnipotens uenturi prouidus æui
Protulit & iusto produxit tempore partus.
Vos etiam & Nysæ uiridi nutristis in antro:
Hunc nymphæ fauniq; senes satyriq; ꝓcaces
Quin et sylenus paruum ueueratus alumnum

Fabula semeles.

Iam tunc post sydera celi fabula talis est cum semele harmonies & cadmi filia suspecta esset iunoni ob adulterium cum ioue perpetratū in formam nutricis eius conuersa iuno domum semeles adiit cumq; sermo super ioue incideret illam monuit ut quo certior de deo fieret illum rogaret aduentate sibi talem qualem uenerea solet excipere iuno, quo imperato ipse ex promißione fulmine armatus illi adsistit cum uero mortale corpus nō pateretur tumultus æthereos iugalibꝰ arsit donis & bacchus cum adhuc immaturus esset genitute a Ioue erreptus & femori insutus cōpleuit materna tpa hanc fabulā narrat Ouidius in tertio metamorphoseos & tetigit hic Claudianus in laudem stiliconis auratos radiis imbres nascente minerua indulsisse iouem ꝑhibent bacchoq; paternum iam pulsante femur mutato palluit hermus in precium: & papinius in primo thebaidos unde graues ire cognata in menia baccho quod sæuæ iunonis opus: sensus est: Sola semele uidit iouē in forma sua existentē post tū sydera celi quæ eius fruunt obtutur. Prouidus circuspectus nā noscens tpra esse partus īpfecta ipse ꝯpleuit. Protulit distulit, ita notat Marce. lucilius nono ꝗplius ad iustū hoc ꝓtolleret annum.

Protulit
Producere.

Produxit longius duxit ita. n. significat producere ut apud Vir. Abnegat excisa uitā ꝓducere troia, ꝓducere quoq; foras ducere signat ut author ē Marcellus Terētius in heauton. produxi ac uendidi quare potes dicere foras duxit ex femore. Iusto tempore. Partus bacchum femori insutuz Oui. imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo eripit patrioq; tener si credere dignum est iusuitur femori maternaq; tempora complet: Scribit Diodo. in. 3. locū montanum in quo exercitū a peste tutatus est dyonisius femur appellasse unde & grecos tradidisse de deo posteris in iouis femore dyonisium esse nutritum. Iusto tpe. decimo mense ut uoluit antiquitas quem decimestrem partum appellari author est censorinus de die natali & esse maiorem alteruz. n. minorem septimestrem dixere. Sed de hac re uideto apud ipsum censorinum diffusius: Oui. dixit iustum esse tps pariendi decimū mensem cū cecinit in. i. fastoꝝ qđ satis est utero matris dū ꝓdeat infans hoc āno statuit tpris eē satis scribit pli. in. yii. hominē incerto gigni spacio alius. n. yii. mense alius octauo & usq; ad initia decimi undecimiq; quare massurius author est. L. papyrum prætorem secundo herede lege agente bonoꝝ pessessione contra eum dedisse euz mater ꝑtum. xiii. mensibus diceret tulisse qm̄ nullū certū tps pariendi statutū uideret. Antro nysæ Nysus urbs fuit egypti fœlici arabie proxima quā dixit homerus in monte excelso ac florenti esse sitam longe a phenicia ac egypto ꝯterminā uñ & ipse bacchus Nyseus dr̄ q̄uis altūde deflectant aliqui iuuenalis dn̄is cyrrhæ nysæq; ferūtur, Scribit Diodo. in. y. infantē bacchū dedisse mercurio iouē ad ātrū nysæ qđ iter pheniciā nilūq; ē deferēdū a nymphisq; oi cura & studio educādū uñ ab ioue nisaq; Dyonisiū ēt dcū3. Satyri ꝓcaces. i. libidinosi ꝓcaces ꝓprie dn̄r meretrices a ꝓcando uel poscēdo uñ & ꝓcacitas Marcellus ꝓcacitas a ꝓcādo uel poscēdo uñ proci dicti sunt matrimoniorum appetitores. M. Tullius de re publica li. iiii. A precando i. poscēdo procacitas nominata est: procat enim ut docet pompeius dicebant antiqui ꝑ poscit catullus in epithalamio procacem fescenínam locutionem itaq; appellauit ite concinite in modum ne diu taceat procax fescenina locutio. Silenus bacchi hic fuit pedagogus quo usus preceptore liber plurimum ad res bellicas & gloriam comparandam profecit ut scribit Diodorus in quinto: putat fulgentius Matoni Dyonisium nutriendum fuisse datum quasi meroni: A sileno bacchi nutritore Virgilius silenum æglogam ex suis unam denominauit de sileno Ouidius in primo de arte amandi ebrius ecce senex pando silenus asello uix sedet & pressas continet arte iubas. Fouet id est subleuat ita exponit seruius.

Quare femori iouis insutus Dyonisius
Decimestre ꝑtus.
Septimester partus
Decimus mēsis iustus ꝑtus

Nullum tps certum pariēdi.
Nysa
Nysieus
Dyonisius uñ
Procaces meretrices.
Procacitas
Proci unde.
Procat.
Procax fiscenina locutio
Maro nutritor bacchi
Silenus æglogа Virgilii.

super eo Virgiliano & fotum gremio dea tollit in altos idaliæ lucos. Resupinus. uel ipsæ iacens resupine uel lege resupinis ulnis est enim mos nutritorum: ferre pueros ulnis subleuatos. Et uocat ad risum digito. tangit morem altricum quæ ita labellis infantū digitos admouere solent ut ad risum eos incitent: zoroastrē eodem die quo gēitus est solū risisse auctor est Pli. in septimo: at e contrario crassum auum crassi in parthis perempti nū q̄3 risisse memoriæ pditū q̄r & agelastos appellatus idest sine risu. Motuq; quietē allicit. idest somnū illi inducit frequenter brachia mouendo in modū cunæ, uel in ipsa cuna qua utuntur ad sedandos pueros & illis inducē dū somnū hodie bononienses & ipsi cunā uocantes nō longe a latina uoce Nam sæpius ab incunabulis pa pueritia inde accipi inuenies ouidius cunas nidos appellauit

Aut gremio fouet aut resupinus sustinet ulnis
Et uocat ad risum digito motuq; quietem:
Allicit: aut tremulis q̄ssat crepitacula palmis
Cui deus arridens horrentes pectore setas
Vellicat: Aut digitis aures astringere acutas.
Applauditue manu mutilū caput aut leue m̄tū

hirundinū ita scribens in Tertio tristium utq; malæ crimen matris deponat hirundo sub trabibus cunas paruaq; tecta facit. Quassat. mouet frequenter ut apud Virgili. in. vi. æn. & lampada quassans per graium populos: Plautus in milite qui suam undantē chlamydem quassando fecit: alias quassū quulsum & mutilatū appellamus ut apud Virgiliū i quarto æn. quassataq; rates. Crepitacula. sistra intelligi puto quæ a crepitu nomen traxere etenim crepare signat sonare ut apud Plautum in menechmis, dic mihi en ūq̄3 intestina crepant quod sentias: uerū ubi satutus sum nulla crepant quando esurio tunc increpant: erāt aūt ad fletum sedandū i deliciis puerorū crepitacula / Quintilianus ne sonum reddant pene puerilium crepitaculorū: Martialis i distichis si quis plorator collo tibi uernula pendet. hæc quatiat tenera garrula sistra māu uñ apparet idē eē crepitacula & sistra. Tremulis palmis. uel propter senectutē tremebundis uel ita poscēte sistro ad hoc ut sonū reddat. Vellicat. uellendo abducit: persius iccirco stolidā ptebet tibi uellere barbā iuppiter & alibi si cynico barbā petulans nonaria uellat. Setas horrentes. hirsutas hispidas & duras: dñtur q̄ proprie setæ duriores pili ut in sue equo, pili uero tenuiores ut in homine unde persius rerum prudentia uelox ante pilos uenit. Astringere. legendū est ex antiquo codice astringit hoc est aprehendit stringendo. Acutas aures. in acutū tendentes ita appellauit eas Hora. in. ii. carminū & aures capripedū satyrorū acutas. Applaudit. manibus collatis plausum reddit quod in fauorē theatralis spectaculi habebatur, martialis plaudere nec cano plaudere nec glaphyro inde cui applaudere significat sono læto & commendabili excipere hoiem: unde & plausibiliter dicitur honorificentissime: hic applaudit idest plausu excipit

Mutilū caput. uel decapillatū nā senioribus decidunt capilli unde desf locati senes appellantur a plauto: uel intelligas sine cornibus quod signum est ebriosi rupisse cornua per ebrietatem placet tamen ut pp caluicium intelligas mutilū caput nam ut scribit Macrobius in. vii. Saturnaliū qui fiunt crebro ebrii cito senescunt alii ante tempus ꝯpetētis ætatis uel caluicio. uel canicie insigniuntur quæ non nisi caloris inopia prouenuint: putauit Aristoteles mulieres raro in ebrietatem cadere crebro uero senes. Leue mentum. idest nō asperum. quod intelligi pōt pp ebrietatem quæ refrigerat unde & ebriosi tremunt eoq; magis quo largius merum hauserint ut inquit Aristoteles, quare & solis calore maxime gaudere solēt q̄si ꝯcoctionē desiderāt atq; ēt q refrigerati admodū siūt ex quo attōiti stupidiq; mox fieri solēt a potu ut idē refert i pblematis: pili āt q̄n frigus ꝯpescit & astringit exire ñ pñt uñ & fœminæ glabræ sunt q̄si frigidæ & dēsa corpis hñt spiramēta itaq; ñ hñt pili ac celiū ad exeūdū ut docet alexādet aphrodiseus in pble. ebrietas uero maxie caput inuadit ut inquit aristoteles: q̄r nil obstat ut leue mētū propter ebrietatem intelligamus nam & si in eo sint pili: tenues & molles sentiūtur ex frigiditate duplici senectutis. s. & ebrietatis: scri. Euse. silenū spiritalis motus esse Symbolū cuius caput cādor fulgēs celestes motus notet.

zoroastrem q̄3 subito natu3 risisse.
Crassus agelastos.
Cuna
Ab incunabulis cunæ apud Ouidium.
Quassare
Quassatus
Crepitacula
Crepare
Sistra ide3 & crepitacula.
Setæ
Pili.
Applaudere.
Plausibiliter.
Desf locati senes a Plauto quare.
Ebriosi Tremunt.
cur ebriosi sole oblectent.
Cur fœminæ glabræ.
Ebrietas caput inuadit.

Collidit simul premit est enim ellidere premere & suffocare Virgilius geminosq; premens elliserit angues: alias excludere significat ut elisos oculos & siccum cū sanguine gutt. Pollice digito in manu primo quo præcipue cum proximiori utimur ad qd leuiter aprehendendum. Sūmas nares extremitates nasi eminentiores quæ nulli animaliū eminēt preter hoīem ut inquit Pli. in. xi. si quidem auibus serpentibus piscibus foramina tm̄ adolfatus sine naribus: sūt aūt cartilaginosæ sine osse ut ɔstringi possint inter quas mediuʒ illud diuidens isthmon appellauere: Nasus irrisioni dicatus est uñ & cognomina simorū & silonū auc. Pli. marti. & pueri nasuʒ rhinocerontis hñt. Interea dū ioci agitātur. Florescit crescit. Iuuenta ætas uiridior dr̄. n. Iuuentas, & iuuenta & iuuentꝰ. Flaua tpa capillo flauo decorata quo insignitur bacchus sunt aūt tpe supra malas: uir. in. x. æne. sic tatus uelat materna tpa myrtho: tumuerūt ex erruptiōe cornīū scribit Diodorus in. x. pp ingenii acumen primū bacchū boues ad iugū iūxisse qua ex re illū cū cornibus finxere. Tum primū lenes legē dū est letas. Pampinus surculus nouꝰ a uite exiēs a quo pampinare uerbum.

Et summas tenero collidit pollice nares
Interea pueri florescit pube iuuenta
Flauaq; maturo tumuerunt tempora cornu.
Tum primum lenes ostendit pampinus uuas
Mirantur satyri frondes & dona lycei
Tum deus o satyri maturos carpite fructus:
Dixit Et ignotos pueri calcate racemos.
Vix hæc ediderat decerpunt uitibus uuas
Et portant calatis. Celeriq; illudere planta
Concaua saxa super properāt. Vindemia feruet
Collibus in summis crebro pede rumpitur uua
Nudaq; purpureo sparguntur pectora musto.
Tum satyri lasciua cohors sibi pocula quisq;
Obuia corripuit. Q̄d sors dedit hoc capit usꝰ.

Dona Lycei in antiquis exemplaribus legitur poma lyei. i. uuas si quidem lyeus dictus est bacchꝰ απο του λυειν qd̄ est soluere naʒ ut inquit Hora. dissipat curas euchyus edaces: lyeū dictum putat fulgentius q uino efferatæ mentes mulceant quasi lenitatē prestantē. Carpite auferte & decerpite carpere ut notat Marcellus significat auferre & decerpere uirgiliꝰ in buccolicis insere daphni pyros carpent tua poma nepotes Lucanus in Quarto Iuuatq; nouos decerpere flores alias est attenuare ut apud Virgilium in primo georgicon nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ. Calcate premite unde calcator: Calpurnius ut nudus ruptas saliat calcator in uuas. Ignotos racemos non prius cognitos ipse. n. uini fuit bacchus inuentor. Properant accelerāt ꝓpū itaq; uelocē appellamus. Celeri planta cito pede, plāta. n. dr̄ ps illa sub pede qua terimus terrā scribit gellius i. i. pythagorā herculis mensurā cognouisse ex plāta ɔphēsa mēsura herculani pedis sʒ naturalē mēbrorū osuʒ inter se ɔpetēniā modificatū. Vidēmia ita nēq; appellat uini demia aut uiti demia ut scribit Varro. Feruet cū celeritate agitat ut ap̄ Vir. feruet opus redolētq; thymo fragrātia mella ubi expōit Ser. feruet ɔcelebrat ɔtra friget cū cessat dicimus. In sūmis collibꝰ qm̄ uina optia in collibꝰ nascūt iuxta illud maronis deniq; aptos bacchus amat colles. Rūpit uua in mustū redigit. Purpureo musto purpurā assimilāti. Spargūt inūdāt & madefiūt. tibullus oblitus & musto feriat pede rusticus uuas dolia dū magni deficiētq; lacus. Cohors hic ꝓ multitudine in similitudinē cohortis ponit ē nāq; cohors nūerꝰ mille centū peditū quiq; ɔtinēs quæ miliaria appellat caput totius legionis & ex decē cohortibꝰ ɔplet legio distributis noībus qbusq; de qua te uide uegetiū in. ii. de re militari. Pocula obuia uasa uinaria quæ cuiq; occurrebāt. Corripuit legēdū ē corripiūt ut ps i frustra secāt. Q̄d sors sēsus ē qd̄ cuiq; uas occurrebat ut uino ipleri posset eo qsq; utebatur capit usus (recipit usum poculi.

Collidere. Ellidere Pollex Nares hoī tātum Isthmos Nasus dicatꝰ irrisioni Simi Silones Iuuentas Iuuenta Iuuentus Tempora Cur baccho sint cornua. Pampinus Pampinare Lyeus unde Carpere Carpere attenuare Vini bacchꝰ Inuentor Properare Properus Planta Vindemia Feruet Friget Vina optima in collibus Cohors Miliaria Legio

Cantharon retinet. cantharus est poculi genus quod baccho proprium assignant ut author est macrobius in quinto Saturnalium, Virgilius tamen sileno dedit quasi bacchico homini: poculorum plura tradūtur genera est.n.carchesiū cymbiū cantharus, scyphus patera salix quæ omnia celebrantur a Virgilio ut scribit Macrobius doliū uero uas grande dixere quo uina reponuntur auctore Mār. Cornu adunco. buccina obtorta quodq́ ad usum musices erat ad uina uerterūt. Canthārus Poculorum gñra.

